TESSERA
CASUUM CONSCIENTIÆ,
QUOS
IN ECCLESIA EPISCOPALI,
ET
DIOECESI ARIMINENSI
Diſcutiendos mandat
Eminentiſs., & Reverendiſs. S. R. E.
CARD. CURSIUS
ARIMINI EPISCOPUS,
Anno 1691.

ERit in Civitate Congregatio Casuum in Episcopali D. Andreæ semper ultimà die Lunæ cujusque Mensis (exceptis tamen Julio, Augusto, Septembri, & Octobri.

In Diœcesi verò erit Congregatio Die indictà ad judicium Vicarii Foranei quolibet Mense, si excipias Menses Decembris, Januarii, Februarii, & Martii.

Intelligant omnes de mandato Emi, & Rmi D. Antistitis Collationem Spiritualem præmitti debere, vel postponi (ut melius videbitur) Congregationi Casuum, & Vota Responsionum mitti Ariminum, nullo Mense excepto; Et Discursus habendos in Collatione Spirituali pro Mensibus, in quibus vacatur à Congregatione, remittendos esse ad Menses, in quibus habebitur.

Omnes pariter, qui interesse tenentur, si absfuerint absque legitima causa, mulctentur pœna Juliorum trium Locis Piis applicandorum.

Labia Sacerdotis custodient Scientiam,
& Legem requirent de Ore ejus.

Malach. 2. 7.

MENSE JANUARIO

PRIMUS CASUS.

CArmides Sacerdos prædives aliquibus Annis numquam celebravit, aliquibus aliis tantum bis, vel ter fecit Sacrum in annis singulis. Tandem ab Ordinario pro quolibet die Festo præceptum celebrandi Missam Carmidi imponitur.

Quær. An Primus sine peccato? An Secundus justè fecerit? *Suarez disp.* 80. *tom.* 3. *Trid. sess.* 22. *cap.* 1.

Secundus Casus.

NArrat Protus Laycus Leontio Theologo sibi insidias persæpe strui à quodam Sicario, ita ut de propria vita semper timeat, ac nullibi sit securus. Dat consilium Leontius, quod tollat de medio Sicarium continuum Vitæ suæ Insidiatorem.

Quær. An Consilium hoc fuerit peccaminosum? *D. Thom.* 2.2. *quæst.* 64. *art.* 7. *Navar. in Manual. c.* 15. *n.* 2.

MENSE FEBRUARIO

PRIMUS CASUS.

MEthodius Sacerdos manè celebrat, vespere verò est in periculo mortis. At quia nulla particula consecrata extat in Pixide, unam consecrat, ac se pro Viatico munit.

Quær. 1. An pro Viatico esse potuisset Communio matutina?
2. An potuerit sic consecrare?

Suarez tom. 3. *quæst.* 8. *art.* 11. *disput.* 69. *Sotus in* 4. *dist.* 12. *quæst.* 1.

Secundus Casus.

PErillus Vir Nobilis, & ingenuus ad singulare Certamen provocatur à Theagene paris Nobilitatis Viro. Perillus non acceptat in reverentiam Pontificum Duellum prohibentium. Theagenes tandem Confessario aperit se provocasse quemdam ad Duellum, sed factum non esse secutum. Confessarius dimittit inabsolutum, & excommunicatum esse pronunciat.

Quær. An Confessarius benè definierit de Theagenis excommunicatione?

Lessius de Just. l.2. 9. Bussemb. l.3. tract.4. dub.5. cap.1.

MENSE MARTIO

CASUS PRIMUS.

ROsacius Presbyter genio suo, & etiam utilitate Domi suæ privatim docet multos Astrologiam Judiciariam, & Medicam, & Chirurgicam. Libanius ejus Confessarius negat illi absolutionem, præcipuè quia docet Judiciariam.

Quær. An justè?

Sanchez l.6. c. 14. n. 15. & 17. in opere moral. Bonac. tom. 1. tract. de Clauf. quæst.2. pun.8.

Casus Secundus.

TArsias Monacus, & Amandus ex Religione Mendicanti multa congerunt Donaria, ut faciant Xenium cuidam Nobili Viro, cujus medio intendunt obtinere Prælaturam quilibet in sua Religione. Sed Vir Nobilis recusat Donum timore Simoniæ; Religiosi verò testantur, quod Simonia in hoc non est timenda.

Quær. An Vir Nobilis potuerit absque Simoniæ labe Donum illud accipere, & Religiosos exindè promovere?

Sanchez tom.1. Consil. moral. l. 2. c. 3. dub. 44. Henriquez l. 6. c. 6. Gloss. lit. E, & F.

MEN-

MENSE APRILI

CASUS PRIMUS.

MArinus Miles Chriſtianus in Bello contra Turcas captivam ſibi facit Olindam Mauhumetanam uxoratam, cum qua ſæpius commiſcetur. Tractu temporis ab illa deprehendit eam fuiſſe prius Judæam. Miles tangitur conſcientia, & in confeſſione prodit, ſe reum peccati Adulterii, & tacet Circumſtantias, quod fuerit res cum Mahumetana, & Judæa.

Quær. An Miles ritè confeſſus?

Diana par.7.tract.7.reſol.72. & par.9 tract.9.reſol.3.

Caſus Secundus.

FArnelius ex alieno factus Dives habet reſtitutioni obnoxios mille nummos aureos. Sub finem Vitæ Confeſſario rem aperit. Abſolvitur liberaliter, nec illi Confeſſarius debitam reſtitutionem indicit.

Quær. An teneatur ipſe Confeſſarius de ſuo ad reſtitutionem?

Bonac. tom.2. diſput.1. de Reſtit. quæſt.2. pun. 11. Dian. par.1. tract.2. reſol.7.

MENSE MAJO

CASUS PRIMUS.

DOctor Aſterius Sacerdos Beneficio ſimplici adſtrictus, ob ſuæ Doctrinæ famam in magna Univerſitate ad Sacram Sapientiam profitendum vocatur. Hinc valedicit Horis Canonicis cauſando in ſtudiis applicationem, Miſſamque neque audit, neque celebrat amplius eodem motivo, neque Jejunium ſervat ab Eccleſia præceptum.

Quær. An hæc ſine labe peccati gravis?

Tolet. in ſumm. l.6. c.9. n.4. Lugo de Sacram. diſp.22. ſect. 7. n.1.

Ca-

Casus Secundus.

COrradus Paterfamilias multos alens filios, & famulos identidem scit aliquem illorum injuriam facere Proximo, nunc in Rebus aliena furando, nunc in Personis percutiendo, & inhonestè persequendo, nec tamen impedit, sed silet super eorum malitiam.

Quær. An teneatur ipse Corradus ad restitutionem, & de damno?

Cajetanus V. Restitutio. Sylvester: Mendo V. Restit.

MENSE JUNIO

CASUS PRIMUS.

CArinus Clericus occultus post patratum homicidium refugit ad Ædiculam Sacram, in qua Officia Divina non peraguntur, nisi semel in anno, & ad illam fit transitus per formatam Ecclesiam. Mandante Principe sæculari extrahitur, & Apparitores ingrediuntur, & egrediuntur per Ecclesiam immunem. Carinus reclamat, & se Clericum, & in loco immuni captivatum proclamat, ut reddatur Ecclesiæ.

Quær. An debeat audiri?

Suarez tom. 1. de Relig. tract. 2. l. 3. cap. 10. Laym. tom. 2. lib. 4. tract. 9. c. 3.

Casus Secundus.

PAternus Patruus Lucilli postulantis licentiam ingrediendi Religionem Mendicantium non austeram, moras nectit Nepoti hoc titulo, ut vocationem probet. Dein ita verbis agitat, ut Lucillus renunciet omninò Religiosæ vocationi. Paternus tandem actus conscientiæ stimulis alios

Ne-

Nepotes, & Concives ad eam Religionem promovet verbis, & factis.

Quær. 1. An Paternus peccaverit?

2. An eo modo satisfecerit Deo?

Cajetan. V. Scandalum. Sylvest. V. Scand. Bonac. tom. 1. tract. de Clauf. & pœnis q. 2. pun. 11.

MENSE JULIO

CASUS PRIMUS.

MYrtillus Juvenis aperit Confessario se Monialem Stellinam sæpiùs allocutum fuisse cum ignorantia crassa Excommunicationis, & Censuræ latæ ab Ordinario contra loquentes cum Monialibus. Addit Stellinam esse mutam, & non nisi per gestus respondisse. Hinc petit absolvi. Sed Confessarius illum incidisse in Excommunicationem declarat, & negat absolutionem.

Quær. An verè potuerit Myrtillus absolvi?

Pellizzar. de Monialib. cap. 5. sect. 5. Hurtado de censur. in communi dist. 2. n. 92.

Casus Secundus.

SAdoc Sacerdos expositus Confessionibus audiendis advocatur pro confessione à fœmina Peregrina. Post absolutionem dum illa egreditur è Confessionali eam osculatur, sed nullus in Ecclesia tunc aderat.

Quær. 1. An sit denunciandus?

2. An inciderit in Reservatum.

Portellius V. Sollicitare fœm. in Addit. n. 4. Diana 3. part. tract. 3. resol. 20. & 4. par. tract. 5. resol. 17.

MEN-

MENSE AUGUSTO

CASUS PRIMUS.

TUrca Selimus vagus digladiatur cum Sandro Rustico propè Ecclesiam Paganicam. In conflictu casu fortuito occurrit Uxor Sandri prægnans, quæ ex tempore occiditur a Selimo; Inde Sandrus Turcam interficit. Merellus Ecclesiæ Vicarius nesciens Selimum esse Turcam, eum sepelit in Ecclesia, & in eadem condit Uxorem Sandri. Postea deprehenditur Selimum esse Turcam, & scrupulus injicitur Merello, quòd Ecclesia sit polluta, etiam quia vidit quondam duos se tangentes inhonestè propè Altare; Sed tamen non abstinet à Sacris faciendis.

Quær. An licitè, & quid Juris?

Sayr. de Censur. l. 5. Sà V. Eccles. n. 19. Fagund. 2. p. de Præcep. Eccles. l. 4. c. 4.

Casus Secundus.

SAbina maleficiata Sagam adit, aptatque sibi Amuletum à Saga factum, Aqua Lustrali, & variis succis herbarum, ut sanitatem recuperet. Osius Confessarius tamen illi negat absolutionem, ac si inciderit in Reservatum.

Quær. 1. An superstitiosum quid fecerit Sabina?

2. An justè illi absolutio negatur ab Osio?

Sanchez lib. 2. summ. cap. 41. Delrio lib. 6. cap. 2. sect. 1. quæst. 3.

MENSE SEPTEMBRI

CASUS PRIMUS.

EMisso à Pontifice Jubilæo, & publicato Arimini, Clarinus Pisaurensis venit Ariminum illud causa lucrandi. Intereà temporis Placidus Ariminensis arctatus negotiis Pisau-

saurum petit, ibique ad Jubelæum consequendum (licèt Pisauri non fuerit publicatum) quidquid exigitur perficit.

Quær. An uterque Jubelæum lucrentur?

Diana par.1. tract.11. resol.7. Suar. l.8. de Legib. c.26. Alphonsus de Leone de Jubelæo.

Casus Secundus.

FRaternus Vir aliàs devotus Civis Romanus curat ferè quotidie lucrari Indulgentiam Plenariam, sed nullam ex Pœnitentiis injunctis à Confessario vult exequi, putans satisfacere Deo ex lucro Indulgentiarum.

Quær. An hoc faciat tutè, & sine peccato?

Sylvest. V. Indulg. num. 23. Suar. tom. 4. in tert. part. disp. 50. sect. 2.

MENSE OCTOBRI

CASUS PRIMUS.

OLenius Advocatus ut plurimùm (sciens Causam, quam patrocinatur esse injustam) ob Patrocinium tamen stipendium, & Donaria acceptat sub spe impetrandi Bullam compositionis.

Quær. An sit in mala fide, & sic an peccet, & teneatur ad restitutionem?

Lessius de Just. & Jure lib.2. c.7. Sanchez in selectis disp.64. n.63. Toletus Summ. l.5. c.61.

Casus Secundus.

LEpidus Confessarius assolet Peccatoribus habituatis imponere pro pœnitentia satisfactoria; Quod stent in Purgatorio Unum quadrantem.

Quær. An licitè, & sine peccato hanc pœnitentiam imponere possit Confessarius?

Suar. tom. 4. in tert. part. disp. 46. sect. 3. Sylvest. V. Satisfactio.

MENSE NOVEMBRI

CASUS PRIMUS.

TArasius Clericus dum Vigiliæ Domi suæ habentur à Cognatis, & Affinibus in Choræa saltat cum Muliere gravida ad multos menses, & ita saltus elongat, ut illa multum lassetur, & tandem abortum faciat.

Quær. An Tarasius sit Irregularis?

Navarr. in Manual. c. 27. Summistæ V. Abortus.

Casus Secundus.

LUpinus Clericus Exorcista persæpè cùm Energumenos exorcizat Verbis nugatoriis Dœmonem alloquitur, & illi morem gerit in multis; immò adhibet Conjurationem Salomonis, quam refert Joseph Flavius ad Dœmones pellendos ab Obsessis.

Quær. An, & qualiter peccaverit?

Bonac. tom. 2. disp. 3. quæst. 7. pun. 3. Sanch. l. 2. Summ. c. 42.

MENSE DECEMBRI

CASUS PRIMUS.

LEander viribus effœtus in Virili ætate quotidie sumit potionem Cocholatæ, ut vires resarciat, & nutricatur; quod idem facit ad Ortum, & Occasum Solis in diebus Jejunii ab Ecclesia præcepti.

Quær. An Præceptum Jejunii frangat?

Pasqualig. in Praxi Jejun. Eccl. dec. 141. Less. l. 4. de Just. c. 2. dub. 2. Diana par. 1. resol. 23. tract. 9.

Ca-

Casus Secundus.

ORminus Sacerdos sæpius multum distulit celebrare Missas pro Mortuis, à quibus Eleemosina fuerat erogata, ut perendiè, vel quamprimùm Sacrum faceret; Immò dum morabatur in Thracia Missam applicabat pro Turcis, à quibus stipem acceptabat, ut Deum exoret pro illis.

Quær. An in utroque peccaverit, graviter, an leviter? *Henriquez de Missa l.9. c.22. Naldus V. Missa n.12.*



Anno 1692.

MENSE JANUARIO

CASUS PRIMUS.

ATtalus Curator Animarum probè novit aliquot scandala in sua Vicinia, neque illa potest ex se de medio tollere, neque tollenda nisi dicat Ecclesiæ. Sed timens denominari explorator ea tacet, dispositus tamen si tantùm interrogetur à Superiore omnia palàm facere.

Quær. 1. An timor talis sit peccaminosus?
2. An debeat Attalus expectare Interrogationem Superioris?

Barbos. de off. Parochi cap. 3. Diana par.4. tract.4. resol.228.

Casus Secundus.

BEza Beneficiatus intendens Nepoti suo Clerico Beneficium suum resignare hoc utitur circuitu. Resignat Beneficium purè, & simplicitèr in manu Episcopi. Post factam Resignationem officiis potentibus agit apud Episcopum, ut Beneficium

conferatur Nænio Amico suo, sibique arctissimè obligato. Fit orata Collatio Nænio. Post eam Collationem, delapsis aliquot mensibus, idem Beza verbis suis, & aliorum orat Nænium, ut Beneficium resignet supradicto Nepoti Clerico. Nænius ex grati animi impulsu renunciat Beneficium Nepoti Bezæ.

Quær. An resignatio hujusmodi sit Simoniaca?

Azor. P. 2. de Benef. Parolect. in Palestra Cleric. de Resignatione. Navarrus in Consil. de Simon.

MENSE FEBRUARIO

PRIMUS CASUS.

CAjus Confessarius Moniali cuidam impetrat Privilegium à Papa (causando quamdam indispositionem non sufficientem) ut absit à Choro; Monialis exindè neque in Cella recitat privatim Officium Divinum; & quia Confessarius non instat pro ea recitatione, sed obsecundat, etiam aliæ Moniales cùm absunt legitimè à Choro, nolunt postea recitare privatim, unde tota in hoc disciplina Monasterii collabitur.

Quær. 1. An peccavit Confessarius obsecundando omissioni Monialis?

2. Quid de moniali introducente illam omissionem Recitationis privatæ?

Navar. c. 22. n. 86. Manual. Covaruv. l. 1. Var. Resol. c. 20. Toletus l. 2. c. 12. n. 7. & c. 14. n. 2. Peliz. de Monial.

Casus Secundus.

DEcius Clericus in sacris nulla causa, sed sua voluntate, & sine contemptu numquam servat ordinem præscriptum à Pio V. in Recitatione Officii Divini. Recitat enim de Sancto aliquo ad suum libitum cùm est de Feria, & de Feria cùm est de Sancto, & his hujusmodi inversionibus volsitariis utitur cõtinuò.

Quær. An cum peccato?

Azorius l. 10. inst. moral. c. 10. Navar. de Hor. Can. c. 21. num. 25. Tolet. lib. 2. Inst. Sacerd. de Hor. Can. c. 13. n. 2.

MEN-

MENSE MARTIO

CASUS PRIMUS.

ELpinus Sacerdos habet ſtipendium 20. Miſſarum ab Elinando Laico hac poſtulatione, ac intentione, ut eas dicat de Requiem. Elpinus tamen etiam ſi non occurreret Officium duplex, aut Dominicæ, eas celebravit de Sancto, & de Feria currente.

Quær. An ſatisfecerit, & an hoc licitè?

Poſſev. de off. Curati cap.14. n.13. Bonac. de Sacram. diſp.4. quæſt. ult. punct. 7. §. 4. num. 4. Naldus V. Miſſa num. 21. Tolet. l. 2. cap.8. num.2.

Caſus Secundus.

FLavius emiſit Juramentum promiſſorium ad celandum Theſaurum, quem viderat condi ab amico Titio, & illud juramentum firmavit ſuper Imagine Beatiſſimæ Virginis. Titius intereà moritur ex improvisò, neque habet hæredem, neque de Theſauro apparet notitia.

Quær. 1. An Flavius poſſit Theſaurum aperire Principi ſine perjurio?

2. An pro ſe defodere, ac retinere?

3. An in eo juramento diſpenſari poſſet, & à quo?

Mendo Epitom. V. Juramentum. Azor. l. 11. cap.5. q. 1. & 4. Tolet. l.4. c.23.

MENSE APRILI

CASUS PRIMUS.

GIldus Beneficiarius in Eccleſia ſuæ Reſidentiæ varia fabricavit Sepulcra, quæ ritè benedicta, poſteà vendit caro pretio, ſimulque in funeribus vult, quod Mulier-

culæ

culæ plangentes intersint, ac pretium pro illorum planctibus solvit.

Quær. An utrumque possit sine labe Simoniæ?

Durand. de modo. Gen. Conc. celeb. Rub. 20. Sà V. Simonia. Sanchez in Consil. de Simon. cap. Quæsta est nobis, c. postquam abolenda de sepult. &c.

Casus Secundus.

HOrminus Clericus Exorcista passim vocatur ad benedicendos Agros, & ipse maledicit Vermibus, & Tineis segetum, & cætera nocentia Animalia excommunicat, inde pretium exigit.

Quær. 1. An licitè excommunicet Animalia illa, illisque maledicat?

2. An exigat pretium simoniacè?

Trid. c. 3. de Reform. sess. 25. Navarr. c. 27. n. 9. & 26. Manual. S. Thom. 2. 2. qu. 76. art. 2.

MENSE MAJO

CASUS PRIMUS.

IRene Monasterio clausa, sed nondum Professa Testamentum fecit de bonis aliquibus, & tandem facta Professione voluit Testamentum primum confirmare in favorem cujusdam Affinis, ac propterea veniam petit à Priorissa, ac Confessario, qui de facili eam concedunt.

Quær. 1. An Irene potuerit primò, & 2. Testamentum facere?

2. An Priorissa, & Confessarius facultatem testandi licitè, & validè concesserint?

Sanchez l. 7. in Decal. c. 8. n. 51. Sà V. Testamentum. Barthol. à S. Fausto Thesaur. Religiosor. l. 8. quæst. 66.

Ca-

Casus Secundus.

Lepidus Sacerdos Novellus dum parat Calicem pro Sacro faciendo deprehendit super Patenam Fragmentum Hostiæ vix visibile. Illud deglutit, postea à Sacrificio abstinet putans se vel fregisse Jejunium, vel se illo communicasse.

Quær. An potuerit adhùc celebrare?

Fagundez de præcept. Eccles. l. 3. c. 18. præc. 1. Diana par. 2. tr. 14. resol. 66. Conincb. quæst. 60. n. 65.

MENSE JUNIO

CASUS PRIMUS.

Maurillus Subdiaconus ex Diœcesi, In qua pro Clero reservantur peccata contra castitatem, habet aliquot actus impudicos cum Scorto; sed putans se tali modo contrà Votum non peccasse, neque se credit incidisse in Reservatum.

Quær. An Maurillus sic peccaverit contra Votum, & an peccato reservato?

Longus de Casib. reserv. Homobon. de Cas. reser. par. 3. c. 6.

Casus Secundus.

Nazarius vitam cœlibem ducens sæpius agitatur motibus sensualibus, contrà quos positivè nec obstat, neque admittit, neque expressa voluntate consentit, sed negativè se habet.

Quær. An, & qualiter peccet?

Lessius l. 4. de Just. c. 3. n. 117. Tolet. l. 5. c. 14. n. 3. Navar. c. 11. num. 12.

MEN-

MENSE JULIO

CASUS PRIMUS.

OLindus Curatus Animarum in Paſchate cuidam Meretrici accidenti ad Menſam Euchariſticam negat acceſſum, & eam repellit publicè. Illa ſic repulſa ita animo affligitur, ut poſt aliquot dies emoriatur. Olindus illam habens pro impœnitenti, ſepulturà Eccleſiæ privat.

Quær. 1. An ex illa morte ſecuta poſt repulſam Olindus fiat Irregularis?

2. An juſtè negaverit ſic defunctæ ſepulturam Eccleſiæ?
Reginald. l. 22. n. 76. Navar. l. 3. de Sepult. conſ. 4. & 6.

Caſus Secundus.

PRimislaus Eques ſæpius inſervit Sacro, & Pœnitentiæ Sacramentum frequentat, & Sacram Synaxim ſuſcipit ſemper Enſe accinctus. Tandem à quodam Confeſſario declaratur reus peccati mortalis, ni tunc gladium deponat.

Quær. An verè Primislaus ſit tutus in conſcientia?
Diana par. 3. Reſol. 30. tract. 2. Thom. del Bene de Immun. dub. 11. ſect. 2.

MENSE AUGUSTO

CASUS PRIMUS.

QUadratus habens Infantem baptizandum deſignat tres Perſonas, ut ſint Patrini in Baptiſmo. Parochus etiam deſignat alios duos Patrinos, quorum unus tantùm tangit Infantem; (non tangentibus ullis ex tribus deſignatis à Quadrato.) Peracto Baptiſmo Parochus declarat duos à ſe

se designatos verè contraxisse Cognationem, & fuisse veros Patrinos. Quadratus contendit esse solum à se designatos.

Quær. Pro quo stet Veritas?

Reginald.l.31.n.152. Bonac.tom.1.qu.3.P.1.n.14.& 29.

Casus Secundus.

Rutilius habens reconditum in Aquario Instrumentum publicum *Termini in confesso* Taciti debitoris, fortè illud ammittit. Illicò Rutilius aliud simile confingit, additque numerum centum nummorum, de quibus certò erat ex alia causa Tacitus sibi debitor.

Quær. An hoc possit sine peccato?

Emanuel Sà V. Falsarius. Navarr. Manual. c.17. n.168. Layman. tom.1.l.3. sect.5. tract.3. c.4. n. 3.

MENSE SEPTEMBRI

CASUS PRIMUS.

Sergius occurrente Festo Civitatis suæ, quod observatur cum præcedente Jejunio ex Voto, tamen in pervigilio Festi numquam jejunat, & in Festo artem Barbitonsoris exercet.

Quær. 1. An Sergius teneatur sub gravi ad Votum illud implendum?

2. An sic possit exercere artem suam?

Sanchez in Decal.l.4. c.15. Bonac. tom.2. disput.4. quæst.2. punct.5. §.2. num. 20.

Casus secundus.

Titius tempore Jubelæi durantis per duas Hebdomadas usque ad ultimam diem remittit Confessionem, & Communionem, sed benè manè aliquid comedit, unde commu-

nicari non poteſt. Vult tamen confiteri peccata, & in confeſſione abſolvitur ab omnibus Cenſuris, & Reſervatis.

Quær. An verè fuerit abſolutus; & an potuerit lucrari Jubelæum?

Lugo de Pœnit. diſput. 27. *num.* 119. *Diana par.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 152.

MENSE OCTOBRI

CASUS PRIMUS.

Vulterius excommunicatus ab Epiſcopo propter concubinatum, petit in Foro interno Jubelæi tempore abſolutionem. Confeſſarius renuit, quia nondum Concubinam domo ejecit. Vulterius jurat, ſe illam dimiſſurum quamprimùm, & abſolvitur ab Excommunicatione.

Quær. An ſit verè, & ritè abſolutus à Cenſura Vulterius.

Diana par. 1. *tract.* 11. *reſolut.* 22. *Sayr. lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 8. *de Cenſ.*

Caſus ſecundus.

Ximenez ligatus Cenſura petit abſolvi à Parocho, qui cum non habeat facultatem negat illi abſolutionem: Sed Ximenez illi reponit: Cum habueris in Jubelæo aliquo facultatem abſolvendi à Cenſuris, tunc etiam ſi non petam abſolvi, & ignorem abſolutionem illam, intelligo à te abſolvi. Caſus occurrit Jubelæi, & Ximenez, etiam abſens, per Parochum abſolvitur à Cenſura.

Quær. An ſit verè ſolutus à Cenſura Ximenez?

Reginald. tom. 1. *lib.* 9. *c.* 3. *dub.* 2. *n.* 41. *Trulench. in Bull. Cruc. l.* 1. §. 7. *cap.* 2. *dub.* 18.

MEN-

MENSE NOVEMBRI

CASUS PRIMUS.

Zilorus Laicus Prior Confraternitatis, cui Pontifex concessit Indulgentiam Plenariam applicandam in Articulo mortis Fratribus, & Sororibus illius Confraternitatis, assolet illam applicare moribundis, nec interponit opus Confessarii, vel Capellani.

Quær. An illa Indulgentia possit à Laico applicari? *Diana par.1.tract.11.resol.106. Reginald.l.7.c.12.n.157.*

Casus secundus.

Socrates habet Restitutioni obnoxios Centum nummos aureos Domino incerto debitos. Eos legat in Testamento Confraternitati, deindè moritur. Hæres admonet Confraternitatem de Legato, sed ejus Procurator, non exigit Legatum, distentus in procuranda Lite injusta contra suum privatum Adversarium, sed nomine Confraternitatis. Hinc tempore multo elapso R. Fabrica damnat Legatarium ad mulctam pro medietate Legati, & alia medietas relinquitur Loco pio.

Quær. An Procurator iste Negligens, & simul expendens in Lite injusta bona Confraternitatis, de suo teneatur restituere Confraternitati dimidium Legati, & expensas Litis. *Navar. de Restit. l.3.c.4.n.166.*

MENSE DECEMBRI

CASUS PRIMUS.

Lindus Confessor imponit Lelio pro Pœnitentia, ut Suffragia ferat Animabus Purgatorii per mensem, offerendo Deo vel Jejunium, vel Orationem, vel Eleemosy-

 nam,

nam, ſed ex his quod eſt magis ſatisfactorium apud Deum.

Quær. Quodnam ex prædictis ſuffragiis, ut magis ſatiſfactorium pro Animabus Purgatorii debeat Lelius offerre? *Armilla Summ. Sylveſt. V. Satisfactio n. 8. Bardi p. 4. tract. 4. c. 1.*

Caſus Secundus.

LUcianus Aſtu maligno permotus contra Cajum in Libello ſupplici ad Principem, eum accuſat multis flagitiis, & ſceleribus, quæ verè commiſit Cajus, ſed ut fidem majorem Scriptis aucupetur, ſubſcribit Libellum nomine Olindi Hominis integræ famæ. Ex vi ergò accuſationis illius, Lucianus captus fatetur Scelera, damnatur morte. Remanent illi Pauperi Uxor, & multi filii, qui rediguntur ad mendicitatem.

Quær. 1. An Lucianus teneatur ad alendum Uxorem, & filios Caji?

2. An peccaverit mortalitèr, Pr. in ſcribendo tale Libellum?

3. An affingendo nomen Olindi etiam peccaverit?

Navar. de reſt. c. 25. n. 51. Sotus l. 4. qu. 6. art. 9. Bonac. 22. q. 62 art. 2. dub. 5.



CASUS CONSCIENTIÆ, DE SACRAMENTO BAPTISMI.

Anno 1693.

MENSE JANUARIO

CASUS PRIMUS.

OSminus adultus Infidelis inter Neophytos in Fide Chriſtiana eruditur abundè; ſed Deo permittente fit Lunaticus, & Energumenus, & in eo ſtatu potiùs contra Fidem

idem diras evomit, quàm ostendat esse in prima voluntate fideli. Tamen baptizatur cum aliis Neophytis à Sacerdote Gesualdo.

Quær. 1. An sic licitè, & validè fuerit baptizatus?

Quær. 2. Quid per prudentiam agendum à Parocho; quando Lunatici, Energumeni, Lycanthropi, &c. debent ad Sacramenta admitti, & quorum Sacramentorum illi sint capaces?

Casus secundus.

PLotius Pater habet ex Conjuge Leta filium Hermaphroditum: Hunc defert Parocho baptizandum, vultque pro Mare baptizari; sed Leta vult haberi pro fœmina. Parochus in Baptismo Nomen duplex & Sancti, & Sanctæ imponit.

Quær. 1. An licitè fecerit Parochus?

Quær. 2. Quid in simili eventu prudens Parochus possit, & debeat facere?

Punti per la Conferenza Spirituale.

Pr. Quanto sia necessaria alle Persone Ecclesiastiche l'Imitatione di Gesù Christo.

2. De' mezzi proprii per ottenere, e porre in prattica tale Imitatione.

3. Quanto disdica in un Ecclesiastico il parere più dalla parte del Mondo, che di Christo.

MENSE FEBRUARIO

CASUS PRIMUS.

CArillus Parochus accipit à Varenio Patre Natum baptizandum, sed dum eum detegit monstrum esse reperit ex diversis specie Animalibus formatum, sed capite humano, illudque baptizat.

Quær.

Quær. 1. Quid Juris circa Monstra ex hominibus nata, an indistinctè baptizanda?

Quær. 2. An licitè, & validè Parochus Monstrum illud baptizavit, & quid prudentia in Casibus similibus dictet.

Casus Secundus.

Decius Conjugem sibi sumit Aurillam Viduam illicò post obitum ejus Mariti. Post septem menses filium parit Aurilla, qui vivit, & baptizatur, sed Decius declarat Infantem non esse suum, quia non sibi in forma vultus similem, & noluit alere.

Quær. 1. Quid Judex possit decidere in hoc casu?

Quær. 2. Quid prudentia dictet Parocho pro hujusmodi Casibus, quando sciunt Patres non tenere pro suis filios, quia non sibi similes, & propterea dubitant de fide Uxoria?

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto sia necessaria agli Ecclesiastici l'obbedienza à suoi Prelati.
2. De' mezzi per acquistare, e modi per esercitare detta Virtù.
3. Qual sia, e quanto disdica in un Ecclesiastico il vitio à lei contrario, e de' modi per vincerlo.

MENSE MARTIO

CASUS PRIMUS.

Elidorus Medicus, & cum eo Tullus Parochus nullo habito discrimine ætatum, & status, ac salutis personarum, indiferenter Hæbreis nuper baptizatis, ne teneant esse rigorosam Christi Fidem, facillimi sunt in danda licentia, ne servent Jejunium Quadragesimale, & Quatuor Temporum. Sic faciles sunt cum Christianis omnibus.

Quær. 1. An Medicus, & Parochus peccent, & qualiter?

Quær.

Quær. 2. An, & pro quibus Sacramentis, & ritibus Ecclesiæ necessaria sit Parochis Confess. notitia divisionis ætatum Hominis, aliter multi errant?

Casus secundus.

FLoronus Capellanus vocatur ad baptizandum Partum Elvidiæ, reperitque esse Abortivum, neque dare sibi signum Vitæ, & propterea relinquit sine Baptismo, & abit. Illo digresso statim vitæ signa dat Partus, & postea moritur.

Quær. 1. Quid dicendum de Florono, an peccaverit?

Quær. 2. Quid prudentia dictet in similibus Casibus, & an necessaria sit Parochis, & Confessariis cognitio de signis Vitæ pro simili casu, & pro absolvendo in morte?

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto sia necessario il Zelo fervoroso nell'Ecclesiastico.
2. De' mezzi per acquistarlo, e modi per esercitarlo.
3. Qual sia, e quanto disdica in un Ecclesiastico il vitio à luì contrario, e modi per superarlo.

MENSE APRILI

CASUS PRIMUS.

GUelfus Sacerdos fit Cathechista cujusdam Mancipii Turcæ, qui quondam in dementiam lapsus fuerat. Sed dum eruditur in Fide Catholica apparet sanæ mentis. Tandem Neophytum suum baptizat Guelfus, sed in actu Baptismi quædam signa Dementiæ præfert Turca, & nihilominus perficit Baptismum Guelfus.

Quær. 1. An sic validè, & licitè?

Quær. 2. Quid ex prudentia tunc in similibus Casibus debeant facere Parochi pro illo Axiomate. Demens de præterito præsumitur demens de præsenti. An tales admittendi propterea ad Sacramenta?

Ca-

Casus Secundus.

HOrminus Parochus audit in Confessione Aquam baptismalem veneno infectam esse, ut pereat infans illicò baptizandus alicujus Nobilis Viri. Et de facto baptizatur Infans ab ipso Hormino, & post tres horas Baptizatus moritur.

Quær. 1. An Horminus peccaverit baptizando Infantem, & An sit Irregularis?

Quær. 2. Quid Prudentia dictet in Casibus consimilibus?

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto sia all'Ecclesiastico necessaria la Virtù della Mansuetudine.
2. De' mezzi per acquistarla, e modi requisiti per esercitarla.
3. Qual sia, e quanto disdica in un Ecclesiastico il vitio à lei opposto, e quali i modi per vincerlo.

MENSE MAJO

CASUS PRIMUS.

JOlaus Parochus advocatur ad baptizandum duas Hæbreorum Familias. Post verò Baptismum in una extare Puerum, in altera Puellam surdos, & mutos à Nativitate deprehendit. Fit dubius de illorum consensu in Baptismo. Hinc

Quær. 1. An verè fuerint illi baptizati?

Quær. 2. Quid dictet moderamen Prudentiæ pro casu simili. Et quid si adveniret Casus tractu temporis, quo vellent illi Surdi, & Muti jungi in Matrimonium. An possent jungi?

Casus Secundus.

LAusus Hæbreus ità capitur amore insano erga Lindam Christianam, ut sæpius ferè deliret: mox eo ductus Amo-

re

re Baptismum petit. Eruditur in Fide, sed inter eam eruditionem nonnihil amatoriæ insaniæ Catechistæ demonstrat. Tandem baptizatur, & inde Lindam habet more Christiano Conjugem.

Quær. 1. An Lausus validè, & licitè fuerit baptizatus?

Quær. 2. Quid per Prudentiam agendum cùm Amantes amentes petunt Sacramenta ab Ecclesia, & an sint eorum capaces?

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto sia necessaria agli Ecclesiastici la Prudenza.
2. De' mezzi per acquistarla, e modi più proprii per porla in prattica.
3. Qual sia il Vitio opposto à detta Virtù, e modi per superarlo.

MENSE JUNIO.

CASUS PRIMUS.

Malchus solitus quotidie insana premi ebrietate, advocatur fortuitò ad tenendum in Baptismo Puerum, casu quo deficiebat Patrinus jam decretus. Admittit eum Parochus, at in peragendo Baptismo aliquantulum ebrietatis se prodit in Malcho. Posteà scivit Quintius Malchum illum solitum esse omni die inebriari.

Quær. 1. An Malchus fuerit verè, & propriè Patrinus?

Quær. 2. Quomodo ex prudentia debuit inde Quintius se gerere deprehensa ebrietate Patrini?

Casus Secundus.

Nerva Curatus advocatur ad baptizandum Neophitum, cui potio soporifera somnum profundum immisit. Baptismus super indormientem peragitur.

Quær. 1. An validus fuerit Baptismus?

Quær. 2. Quid prudentia insinuet circa administrandum Baptismum, & dandam Absolutionem Soporifero, & Lethargo affectis?

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto sia necessaria in un Ecclesiastico la custodia della Castità.
2. De' mezzi per mantenere detta Virtù.
3. Quanto disdica in un Ecclesiastico il Vitio opposto à detta Virtù, e modi per superarlo.

MENSE JULIO

CASUS PRIMUS.

Aurelius Sylvigena filium sibi natum, & de cujus vita est dubius, volens baptizare, nec Aquam habens in promptu, Vinum lymphatum in Vas Hederaceum infundit, ac paulatim scito naturæ arcano Lympha separatur à Vino, ac illa utitur in Baptismo. Ulterius quia diu in Regionibus Græcorum vixit, usus est formula baptizandi ex Ritu Græco.

Quær. 1. An validè, & licitè sic Aurelius filium baptizavit?

Quær. 2. Quid prudentiæ dictamen velit à Parocho, quando jam baptizati à Parentibus, & Obstetricibus offeruntur rebaptizandi sub conditione?

Casus Secundus.

Bilius ex Hebræo Christianus furtivè ingreditur domum suam, & rapit Infantem ex se natum, & clam baptizat, & educat inter Christianos.

Quær. 1. An sic fecerit licitè, ut qui erat Pater?

Quær. 2. An liceat omnibus Christianis rapere Infantes infidelium, & baptizare. Et quid prudentia exigit à Parochis,

quan-

quando illis offeruntur Infantes rapti Hebræis, ut illos baptizent?

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto sia necessaria à persona Ecclesiastica la Modestia.
2. Quali siano li mezzi per acquistarla, e li modi per esercitarla.
3. Qual sia, e quanto disdica in un Ecclesiastico il vitio opposto à detta Virtù, e modi per vincerlo.

MENSE AUGUSTO

CASUS PRIMUS.

Quartus Laicus jam Vir ætate fit dubius de validitate sui Baptismi ita ut assensu Episcopi rebaptizetur sub conditione.

Quær. 1. An iterum debeat fateri omnia peccata, quæ confessus est quando erat in dubio Baptismi?

Quær. 2. An dum durat dubium Baptismi teneatur ad Confessionem, & Communionem Paschalem? Et quid prudentia in hoc casu resolvit, ut de dubiis circa Baptismum in articulo mortis?

Casus secundus.

Ramirus adultus Neophitus jam in Fide instructus deprehenditur à Syncope, seque morti proximum cognoscens, adhibitis forma, & materia propriis, se ipsum baptizat.

Quær. 1. An validè, & licitè?

Quær. 2. Quis sit propriè Articulus mortis pro susceptione Sacramenti alicujus, & quantum ista cognitio utilis sit Parochis, & Confessariis?

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanta sia la necessità nell' Ecclesiastico d'esercitare la Pazienza.
2. Quali i mezzi per acquistarla, e modi per la prattica d'essa.
3. Qual sia, e quanto disdica in un Ecclesiastico il vitio opposto ad essa, e modi per vincerlo.

MENSE SEPTEMBRI

CASUS PRIMUS.

SAlvius Curatus vocatur à Nobili præpotente, ut baptizet Maurum mancipium, cui hanc proposuerat electionem: Aut mori, aut baptizari. Et facta electione de Baptismo, ritè baptizatur Maurus invitus.

Quær. 1. An Baptismus fuerit validus?

Quær. 2. Quid faciendum per prudentiam à Parochis,& Confessariis quando rediguntur ad dandum Baptismum Invitis,vel ad audiendas Confessiones destinati à Nobilibus in Domibus privatis ad mortem?

Casus Secundus.

TErmandus Rusticus videns Obstetricem ignorare formam Baptismi dum instat casus baptizandi Infantem sibi natum, & jam morientem, Illico ipse filium suum ritè baptizat, sed à Confessario inhibetur illi habitatio cum Uxore.

Quær. 1. Quid Iuris, an justa fuerit illa inhibitio?

Quær. 2. An peccet Parochus, qui non perquirat an suæ Pareciæ Obstetrices sciant formam, & materiam Baptismi, Et quid prudentia velit circa baptizatos à Rusticis?

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto sia necessario, che nelle persone Ecclesiastiche si trovi l'affetto alla Povertà.

2. De'

2. De' mezzi per acquistare l'affetto alla Povertà, e modi pratti-ci per tolerarla.
3. Quanto disdica in un Ecclesiastico il Lusso, e la Vanità ne' sfoggi, &c.

MENSE OCTOBRI

CASUS PRIMUS.

VAlesio Parocho defertur Infans Baptizandus, & dum Ceremoniæ peraguntur incipit Infantulus mori, & finita forma jam moritur, sed non peracta ablutione.

Quær. 1. An validus sit Baptismus?

Quær. 2. Quid Consilii capiendi per prudentiam à Parochis, dum sibi deferuntur baptizandi Pueri malè se habentes?

Casus Secundus.

XAntes duos Infantes Gemellos marem, & fœminam obtulit Gurato Licinio baptizandos, sed per errorem Licinius fœminam pro Mare baptizat imposito illi nomine Sancti, & è contra Marem pro fœmina imposito illi nomine Sanctæ.

Quær. 1. An validè sic baptizavit utrosque?

Quær. 2. An possit Quis mutare sibi nomen acceptum in Baptismo pro libito?

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto necessaria sia per le persone Clericali la mortificatione de' sensi, e delle passioni.
2. Quali siano li mezzi per acquistarla, e modi per pratticarla.
3. Quanto disdica in una persona Ecclesiastica l' Immortificatione de' sensi, e delle passioni, e modi proprii per vincerle.

MEN-

MENSE NOVEMBRI

CASUS PRIMUS.

ZAleucus Miſſionarius inſtante Naufragio quinquaginta Infideles, dum Navis abſorbetur, pronunciata forma unica aſperſione Aquæ Marinæ baptizat.

Quær. 1. An id poſſit valide efficere?

Quær. 2. An idem poſſit abſolvendo Chriſtianos multos unica abſolutione in illo caſu?

Caſus Secundus.

SUb mortem aperit Confeſſario Curatus Zaſius ſe in ſua Paræcia per decem annos baptizaſſe omnes Infantes ſine intentione baptizandi.

Quær. 1. An ſit æſtimandus Hæreticus?

Quær. 2. Quid ex Prudentia faciendum à Succeſſore Curato in illo caſu, & ſimili habita notitia de malè, & nulliter baptizatis?

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto ſia neceſſaria per le perſone Eccleſiaſtiche la Virtù dell' Humiltà.
2. De' mezzi per acquiſtarla, e maniere di porla in prattica.
3. Quanto diſdica in una perſona Clericale il Vitio contrario à detta Virtù, e modi per vincerlo.

MENSE DECEMBRI

CASUS PRIMUS.

URania enixa Puerum proteſtatur ſe vidiſſe Angelum, qui ſibi apparuerat, baptizare ſuum filium.

Quær. 1. An Angelus, & Dœmon poſſint baptizare?

Quær.

Quær. 2. An credendum his dicteriis, & quid prudentia Confessarii, & Parochi debeat respicere in casibus similibus Visionum, & Revelationum?

Casus secundus.

ALfrenus non Infidelis, sed Christianus Nobilis ex Joco baptizavit duos servos Mauros. Eos deinde Curatus publicè baptizavit, & non sub conditione.

Quær. 1. An validè Mauri baptizati fuerint per Jocum?

Quær. 2. Quid velit prudentia quando Baptismus est dubius, & quando debeat dari sub conditione. Et an Curatus factus sit Irregularis?

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto necessario sia, che l'Ecclesiastico eserciti la Temperanza.
2. Quali sieno li mezzi per acquistarla, e li modi per esercitarla.
3. Quanto disdica nell'Ecclesiastico l'Intemperanza Vitio opposto à detta Virtù, e modi proprii per superarla.



CASUS CONSCIENTIÆ, DE SACRAMENTO POENITENTIÆ,

Anno 1694.

MENSE JANUARIO

De scientia Ministro Pœnitentiæ necessaria.

CASUS PRIMUS.

AUlus Sacerdos, sed indoctus, & carens scientia necessaria ad ministerium Confessionis Tempore Paschatis advoca-

vocatur casu à multis Christianis in Navi Turcarum Pyratarum captivis, qui petunt ab eo in confessione audiri, instabat enim Navis discessus; Aulus verò, & ob imperitiam, & ob defectum approbationis renuit eos audire.

Quær. 1. Quæ scientia propriè sit necessaria Confessario?

2. An potuisset Aulus eos Captivos audire in Confessione?

3. An Confessio facta imperito Sacerdoti sit invalida?

Navarr. in Manual. c. 4.

Casus Secundus.

De Virtutibus necessariis Confessario.

Bayfius Confessarius sæpius exponebat se Confessionibus audiendis in peccato mortali, immò in ipsa Confessione superbus, immansuetus, austerus, iracundus, deterrebat multos à Confessione, & causam dabat multis Confessionem non integram habendi.

Quær. 1. Quæ sint Virtutes propriæ Confessarii?

2. An, & qualiter peccaverit Bayfius dando occasionem illam pœnitentibus non integrandi Confessionem, & ab illa abstinendi?

Locner Instruct. Confess. part. pr. c. 2. & p. 2. c. 5.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Dell'obligo, che hà l' Ecclesiastico di cominciare la Giornata da Dio.
2. De' varii modi, ed industrie Spirituali per così fare.
3. Quanto sia inconveniente, che l' Ecclesiastico non cominci il giorno da Dio.

MEN-

MENSE FEBRUARIO

De Confessario proprio.

CASUS PRIMUS.

CAjus Parochus prohibuit suis Parochianis ne alteri, quàm sibi, vel de sui licentia confiterentur peccata: Lia tamen ex eius Parochia non petita licentia confitetur peccata sua alteri Parocho.

Quær. 1. An possit Cajus talem facere prohibitionem?
2. An valida fuerit confessio Liæ, & iteranda apud Cajum?
Sotus in 4. dist. 18 q. 4. & cap. ots de pœnit.

Casus secundus.

De Ratihabitione.

DAres Sacerdos simplex, & perfamiliaris Ordinarii, qui omnes Confessarios non Parochos suspenderat ab auditione Confessionis, vocatur à quodam suo Pœnitente infirmo pro confessione, & eam audit sub Ratihabitione, & Infirmum absolvit.

Quær. 1. An fuerit valida absolutio Daretis?
2. An sufficiat Ratihabitio de futuro?
Navar. Summ. cap. 17. n. 7.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto importi, che l' Ecclesiastico incominci la Giornata con la santa Meditatione.
2. Del modo di ben fare, e con frutto l' Oratione mentale.
3. De' diffetti, che si commettono in fare tale oratione, causa di non cavarne frutto.

MENSE MARTIO

De Sigillo Confessionis.

CASUS PRIMUS.

Eulogius Confessarius ex Usu habet prius ipse Pœnitentes interrogare: An habeant occasionem proximam? An odia: An habituale peccatum turpe, &c. Deinde pœnitentes confitentes audit.

Quær. 1. An prudenter id faciat?

2. An teneatur servare sub Sigillo id, quod respondetur à Pœnitentibus antequam ipsi sua peccata fateantur?

Armilla V. Interrogatio. Navar. Summ. c.10. n.3.

Casus secundus.

Falconius Parochus ex confessione Titii noscit eum excommunicatum. In Paschate illum à sacra Synaxi repellit. Accusatur Falconius apud Ordinarium de fractione Sigilli. Hic se excusat dicens extra Confessionem à Parochianis scivisse Titii excommunicationem.

Quær. 1. An Parochus sic fregerit Sigillum?

2. An Ordinarius possit eum punire?

3. An peccatum, quod ex confessione scitur esse futurum sit materia cadens sub sigillo confessionis?

Sotus in 4. dist.18. Fagundez de Præcep. Eccles. præp°.1.l.6.c.3.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto sia conveniente, che l'Ecclesiastico vada subito uscito di casa alla Chiesa, massime per la santa Messa.
2. Del modo di andare alla Chiesa, entrarvi, e starvi con raccoglimento, modestia, e riverenza.
3. Quanto grave sia il peccato dell' Ecclesiastico, che massime

sime prima, e doppo la santa Messa stà in Chiesa irriverente, e per le Sacrestie, e frequenta le piazze, e ridotti.

MENSÆ APRILI

De Confessario Suspenso, Interdicto, Excommunicato, &c.

CASUS PRIMUS.

Galonius Parochus Suspensus, & Interdictus, immò & notoriè Excommunicatus, adhùc se exponit Confessionibus audiendis suæ Plebis pro Tempore Paschatis.

Quær. 1. An peccaverit, & an validè absolverit Pœnitentes?

2. An debeat curare, ut illi confessionem iterent?

Navar. Manual. c. 9. n. 8. Sylv. V. Excomm. 5. qu. 4. n. 7.

Casus secundus.

Honorius Curatus excommunicatus, & denunciatus ob Clerici percussionem transit à sua Diœcesi ad aliam, & ibi audit confessiones.

Quær. 1. An validæ illæ fuerint?

2. An solùm occultè, an solùm publicè sit vitandus in illa aliena Diœcesi?

Avila part. 2. c. 6. disp. 8.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Qual sia l' obbligo dell' Ecclesiastico di recitare l' Hore Canoniche con Attentione, retta Intentione, e Devotione.
2. De' Sacri Misteri, che ponno considerarsi nel dire l' Hore sacre, e sue significationi.

3. Quali diffetti si commettono nel dire l' Officio Divino, e qual peccato sia il dirlo interrotto con parlare, ò divagarsi.

MENSE MAJO

De Confessione iteranda.

CASUS PRIMUS.

IRlandus excommunicatus majori Excommunicatione fatetur peccata sua cuidam Regulari, è quo absolvitur à peccatis, & ex ignorantia probabili, quod esset impedimentum Excommunicationis bona fide procedit. Verùm tractu temporis deprehendit ignorantiam suam fuisse aliquo modo crassam.

Quær. 1. An validè fuerit absolutus?

2. An iterare debeat Confessionem?

Cajetanus V. Absolutionis impedimenta.

Casus Secundus.

LAertius excommunicatus minori Excommunicatione accedit ad confessionem ignorantia vincibili, & crassa impedimenti ejusdem Excommunicationis, & absolvitur.

Quær. 1. An peccaverit sic confitendo?

2. An iteranda ejus Confessio.

Sylvest. V. Excommunic. 4. n. 1.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto sia di lode, e gloria à Dio il canto de' Salmi in Choro, e quanto utile all' Anime di chi canta, e di chi ascolta.
2. Del modo di passar bene tal Azione sì religiosa.
3. Quanto sia grave il peccato dell' Ecclesiastico, che stà nel Choro parlando, e in altro modo irriverente.

MEN-

MENSE JUNIO

De Complice.

CASUS PRIMUS.

MElania commisit incestum in primo gradu, accedit ad proprium Parochum pro confessione, scitque illum se ipsam, & suos Domesticos cognoscere, & sic tantùm dicit: Commisi incestum.

Quær. 1. An valida fuerit talis Confessio?

2. An possint complices manifestari, si maximè levis nota infamiæ illis accedat?

Soto in 4. dist. 18. q. 2. art. 5. Sylv. V. Confess. 1. §. 24.

Casus Secundus.

NEocles Nobilis unà cum alio Nobili Amico machinatur rebellionem suo Principi. Illicò moritur Neocles, & ejus Amicus fatetur peccatum Conjurationis Parocho, & Complicem aperit æstimans id posse, quia erat jam mortuus.

Quær. 1. An peccaverit Amicus Neoclis manifestando suum complicem?

2. An in bonum Principis, & Reipublicæ posset Confessarius Rebellionem illam revelare?

Less. l. 2. c. 11. dub. 8.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Della purità di Coscienza necessaria massime al Sacerdote, e che si acquista con la frequente Confessione.
2. Del modo di farsi bene la Confessione da un Ecclesiastico.
3. De' danni gravissimi dell' Anime Ecclesiastiche, massime per le Confessioni fatte à stampa, e d' ond' è che tanti Sacerdoti peggiorano, e mai s' emendano.

MEN-

MENSE JULIO

De Circumstantiis non mutantibus speciem, aggravantibus, & numero peccatorum.

CASUS PRIMUS.

Opicius commisso Incestu in primo gradu consanguinitatis tacet in confessione ex rubore circumstantiam talis primi gradus.

Quær. 1. An validè fuerit absolutus?

2. An teneamur confiteri circumstantias peccatorum variantes Judicium morale Confessarii?

S. Thom. in 4. dist. 16. art. 2. Navar. c. 6. n. 7.

Casus Secundus.

Perillus Sacerdos sic se aperit in confessione: Per duos annos non persolvi Horas Canonicas, permansi semper in sacrilegio ex inhonestis commerciis, & singulis diebus celebravi.

Quær. 1. An validè sit confessus?

2. An numerum peccatorum, & alias circumstantias teneretur exprimere.

Medina de confes. col. 13. colum. 1. Sylv. V. Confes. 1. §. 9.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Dell' Eccellenza, e dignità del Santissimo Sacrificio della Messa, e dell' obbligo di prepararsi bene prima di dirla.
2. De' modi particolari di prepararsi alla Santa Messa.
3. Del grave inconveniente, e qual peccato sia di chi strapazzatamente si prepara alla Santa Messa.

MEN-

MENSE AUGUSTO

De Satisfactione.

CASUS PRIMUS.

RUtilius debuit pro satisfactione Confessionis peregrinari Lauretum, & recitare in Itinere bis in die Officium Defunctorum, sed antequam peregrinationem institueret denuò mortalitèr peccavit, & sic peregrinationem, & Officium illud absolvit in peccato.

Quær. 1. An satisfecerit ritè Confessioni, ita ut valeat satisfactio illa ad remissionem pœnæ?

2. An peccaverit sic in mortali satisfaciendo?

Navar. cap. 3. Summ. n. 4. Suar. de pœnit. disp. 38. sect. 6. n. 1.

Casus Secundus.

SErgius post confessionem iterum labitur in mortale, & psalmum Miserere, quem decies ex satisfactione debuit recitare, sic recitat in peccato. Angitur postea dubio, quod non satisfecerit. Consulit Curatum, & hic respondet, quod statim ac erit in Gratia reviviscet satisfactio illa ad remittendas pœnas Purgatorii, & ideo quod acquiescat, nec eam iteret.

Quær. An Curatus benè responderit?

Valentia quæst. 14. de satisf. pun. 3. Soto in 4. dist. 19. q. 1. art. 59.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Con quanta devotione si deve dire la Santa Messa, e de' frutti spirituali, che se ne cavano.
2. De' modi particolari di celebrare con le sue riflessioni à Sacri Misteri.
3. Dell' indegnità, e grave colpa del Sacerdote, che celebra strapazzatamente, e de' diffetti particolari, che alcuni commettono in dire la Santa Messa.

MEN.

MENSE SEPTEMBRI

De Attritione.

CASUS PRIMUS.

Titius Novellus Christianus eruditur à Catechista, & edicit ab eo, quod sufficit in Confessione Attritio cognita ut Attritio, & hoc docebatur, quia Titius dicebat se dolere de peccatis facilius ob timorem Inferni, quàm alio ex motivo.

Quær. An valida erat Confessio Titii cum illa Attritione?
Bassæus V. Attritio n.3. Navar. Manual. c.1.

Casus Secundus.

Volfangus multis culpis irretitus ante Confessionem atteritur pura Attritione pro Usuris, ex turpitudine actus pro obscœnitatibus, & pro murmuratione mortali nullo modo atteritur; sed hoc ultimum ex inadvertentia inculpabili. Postea peccata omnia fatetur, & absolvitur.

Quær. 1. An valida fuerit ejus Confessio?

2. Si habuerit admixtam fidem, & spem cum illa Attritione an fuisset Confessio valida?

Suar. tom.4. disp.20. sect.5. n.7.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto sia utile, e proprio dell' Ecclesiastico il leggere Libri spirituali.
2. Quali siano i Libri di spirito in particolare, che dovrebbe leggere, e modo di cavarne frutto in leggerli.
3. Qual sia la colpa dell' Ecclesiastico, che legge, e compone cose amatorie, e Profane, e perche non cava frutto da' Libri Santi.

MENSE OCTOBRI

De Contritione.

CASUS PRIMUS.

XErses, ut se disponeret Confessionibus, habuit in Usu (ut fuit edoctus) elicere actum charitatis tantùm. Nec umquam dolorem habuit de peccatis directè.

Quær. 1. An benè fuerit talis edoctus?

2. An validæ fuerint ejus Confessiones?

Navar. in Manual. c.2. n.5. Domin. Soto l.2. de Nat. & Grat. c. 16. Suar. de pœnit. disp.9. sec.1.

Casus Secundus.

ZEtus habitualiter disposuit se ad Confessiones cum solo desiderio Contritionis, nec tamen Contritionem, neque Attritionem umquam elicuit: Antequam verò decederet è Vivis habuit desiderium Martyrii.

Quær. 1. An sit dicendus salvus?

2. An debuisset iterare omnes Confessiones ante mortem?

Suar. de pœnit. disp.20. sect.3.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto sia conveniente all' Ecclesiastico di cibarsi con temperanza, e decoro.
2. De' modi proprii d'un Ecclesiastico per vincere la Gola.
3. Dell' inconveniente, e colpa d'un Ecclesiastico nell' intervenire à Conviti, e Gozoviglie, massime trà Secolari.

MENSE NOVEMBRI

De Occasione Proxima.

CASUS PRIMUS.

ALcuinus potens ante absolutionem expellere Adulteram, eam non expellit, & tamen absolvitur à Parocho.

Quær. 1. An possit eo modo absolvi?

Navar. in Manual. c. 3. n. 10. & seq.

Casus secundus.

OLympia Mulier Magistra in Arte deducendi Bombycum Thecas in filum Sericum adunat multas Adolescentulas, ut sibi adjuvent, & ad laborem (ut dixit) levandum permittit concursum Amasiorum, qua occasione peccatur hinc inde verbis, & jocis obscœnis. Aliquæ ex Adolescentulis in Confessione promittunt se abstinere ab illis peccatis, sed occasionem illam adhùc volunt, & absolvuntur.

Quær. 1. An peccaverit Olympia aperiens talem occasionem proximam peccandi supradictis?

2. An Adolescentulæ illæ poterant absolvi?

Sanchez Moral. c. 8. n. 1. Beja parte pr. casu 39.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto importi, che l' Ecclesiastico impari bene, ed eserciti li Riti sacri, e Ceremonie della Chiesa.
2. De' modi per bene impararle, ed esercitarle.
3. Quanto sia dannevole in un Ecclesiastico il trascurare le Rubriche, e l'uso riverente de' Sacri Riti.

MEN-

MENSE DECEMBRI

De Proposito.

CASUS PRIMUS.

VIgilius bona fide accedit ad Confessiones cum proposito tantùm virtuali evitandi quædam peccata sibi frequentiora, habet tamen dolorem sufficientem de illis. Audit postea à Concionatore, quod requiritur propositum actuale, ideo repetit omnes confessiones præteritas.

Quær. An potuerit omittere talem confessionum repetitionem?

Navar. Victoria de Sacram. Suar. de pœnit. disp.4. sect.3.

Casus Secundus.

De Cooperatore ad alterius peccatum.

AUlinus famulus alicujus Nobilis Domino suo inservit tum in Litteris amatoriis exhibendis Adulteræ, tum in furtis domesticis, &c. Imò Amicum proprium inducit ut inebrietur, & fornicetur, aperiendo illi occasionem; sed in Confessione solùm dicit se cooperatum esse peccatis aliquorum, neque species explicat.

Quær. 1. An valida fuerit ejus Confessio?

2. Ad quid teneatur in posterum?

Less. l.2. de Just. c.9. dub.16. Tambur. Method. Conf. l. 1. c.1.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Dell' utilità, che apporta all' Ecclesiastico il fare l'esame di Coscienza intorno le Attioni di tutto il giorno prima d'andare à letto.
2. De' modi proprii di fare tal Esame.
3. Quanto sia il danno, che viene all' Anima dell' Ecclesiastico, che lo trascura.

CASUS CONSCIENTIÆ

EX VARIIS TRACTATIBUS IN DECALOGUM.

Anno 1695.

MENSE JANUARIO

De præcepto diligendi Deum ſuper omnia.

CASUS PRIMUS.

ALceſtes audiens à Concionatore teneri Homines ad actum amoris Dei ſtatim initio uſus rationis, & ſingulis diebus feſtis, & quoties tenentur amare Proximum, toties etiam teneri elicere actum charitatis erga Deum, cumque ſe deprehendat eſſe in peccato mortali, tamen credit ſe adimpleviſſe præceptum charitatis erga Deum, quia ſæpius elicuit actus amoris Dei.

Quær. 1. An omninò tenenda diceret Concionator?

2. An fuerit bona credulitas Alceſtis ſcilicet: Se adimpleviſſe præceptum charitatis, licet ſtaret in mortali?

Tolet. l. 4. cap. 9.

Caſus ſecundus.

BArſabas Nauta, ſumpturus Communionem, ut ſatisfaceret præcepto Eccleſiæ in Paſchate, habet ſolum actum contritionis, quia caret copia Confeſſarii, poſtea navigat trans Mare.

Quær. 1. An illo actu contritionis ſatisfecerit præcepto Paſchalis Confeſſionis, ita ut non teneatur deinde confiteri data copia Confeſſarii, & poſſit expectare aliud Paſcha.

2. An actus amoris, qui elicitur in contritione ſatisfaciat præcepto charitatis diligendi Deum.

Trid. ſeſſ. 8. c. 7. Navar. Summa c. 2. n. 9.

Pun-

1. Essendo l' Oratione mentale un esercitio delle tre potenze dell' Anima: Memoria, Intelletto, e Volontà: quanto perciò sia necessario, massime ad un Ecclesiastico doppo fatta l' Oratione tenere frà giorno occupata la memoria in cose di Spirito.
2. In quali materie si può, e si deve tenere occupata la memoria frà giorno: per esempio: Ne' punti della meditatione della mattina: ne' Benefici Divini, nella Passione di N. S. per freno delle tentationi &c. ed in quali altre materie secondo le occasioni, e de' modi prattici di occupare in esse la memoria.
3. Del gran danno, che viene all' Ecclesiastico, che doppo l' Oratione della mattina non occupa frà giorno la memoria in tali materie, massime in tempo di tentationi, e pare si scordi di Dio.

MENSE FEBRUARIO

De Dilectione Inimicorum.

CASUS PRIMUS.

CResolitus Sacerdos in memento Missæ excludit nominatim Rullum suum Inimicum infirmum, dum orat pro aliis Infirmis ex charitate, quam in Deum, & Proximos tenetur habere, imò aliquando orat ut moriatur.

Quær. 1. An sit peccatum sic orare?

2. An peccet desiderando, & postulando mortem Inimici? *Diana par. 5. tract. 13. res. 89.*

Casus secundus.

DRavus habens pro Adversario Fatium sibi infestum desiderat persæpe illius mortem, & tristatur, quod prosperetur, gaudetque cum illi est male.

Quær.

Quær. 1. An licitè id possit?

2. An illa tristitia sit ex invidia peccaminosa mortaliter? *Eman. Sa ver. Charitas num.6. Escobar. tract. 5. cap. 6.*

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Della necessità per un Ecclesiastico di tenere frà giorno doppo la meditatione occupato l'Intelletto in buoni pensieri per contraporsi a' cattivi, e contrari al suo stato.
2. In quali cose possa, e debba occuparsi detta potenza: per esempio nel ripensare a' punti della meditatione a' lumi havuti in essa, e propositi fatti per eseguirli nell' occasioni de' pericoli dell' Anima.
3. Del danno, che viene all' Ecclesiastico dal lasciarsi portare l' intelletto a' pensieri secondo il genio, ed occasioni, e secondo la guida de' sensi.

MENSE MARTIO

De Filiorum debito Amore, & Honore ergà Parentes.

CASUS PRIMUS.

EUfrosinus Filius familias habens Patrem decrepitum, & delirum, rigidum, ac inquietum sæpè movetur desiderio illius mortis; Cumque videat Senem velle agere, & gustare nociva id non impedit.

Quær. 1. An peccet Eufrosinus?

2. An tenebatur sub mortali impedire, ne Pater ageret, & comederet nociva?

Bonac. tom. 2. d. 4. in 4. Decal. præcep.

Casus Secundus.

FLavia Puella mortuo sibi Patre, & superstite Matre, huic aperit se peti in Matrimonium à Livio, petitque licentiam

pro

pro Sponſalibus; Mater ſe negativam præbet. Poſt aliquot annos inſcia Matre Flavia permittit per verba de præſenti ſe Uxorem Livio.

Quær. 1. An Mater potuerit negare talem licentiam Filiæ?
2. An Filia peccaverit ex inobedientia?
Navar. c.14. n.15. Manual.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Della neceſſità per una Perſona Eccleſiaſtica di tenere frà giorno occupata la Volontà in buoni deſideri, ed affetti, ſecondo il frutto dell' Oratione.
2. In quali deſideri, ed affetti poſſa, e debba occuparſi la Volontà: per eſempio: nell' Amore di Dio, Ringratiamenti de' benefici, Dolore de' peccati &c. ed in quali altri; e de' modi prattici di fare tali affetti, come di occuparſi nelle Orationi Giaculatorie; e che coſa elle ſiano.
3. Del danno, che può venire all' Eccleſiaſtico, che frà giorno non tiene la Volontà tutta rivolta à Dio, occupata in Dio, maſſime nelle tentationi, e pericoli di peccare.

MENSE APRILI

De Obſervatione dierum Feſtorum ex Præcepto Eccleſiæ.

CASUS PRIMUS.

GArganus Barbitonſor ità occupatur diebus Feſtis in labore ſuæ artis, & manè, & poſt meridiem ità Officinæ ſuæ aſſiſtit, Famuloſque Pueros detinet promptos labori, ut ſæpè occurrat periculum manè non audienti Miſſam, & perſæpè illius Famuli in Doctrina Chriſtiana deſiderantur.

Quær. 1. An peccent Barbitonſores exercentes artem ſuam die Feſto?

2. An

2. An peccent etiam non permittèndo Doctrinam Christianam suis Famulis?

Castropalaus tom. 2. De Observatione Festorum. Bassæus Ver. Festum.

Casus Secundus.

Honoratus habens Molendinum actum vi ventorum permittit illud molere etiam in die Festo interim nil laboris impendente ipso Honorato.

Quær. 1. An peccet mortaliter?

2. Quid de Molendinis Fluminum; An die festo possint molere?

Bonac. disp. 5. de Præcepto 3. Decal.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto importi all' Ecclesiastico il caminare con ordine alla perfettione cominciando dalla Via Purgativa: e che cosa sia questa via.
2. Sopra quali cose in tale via si prende la materia dell' Oratione mentale: per esempio sopra la malitia, e danni del peccato mortale, e quale sia essa malitia, e quali essi danni.
3. Dell' inconveniente, che nasce all' Ecclesiastico, che non comincia con tal modo à darsi à Dio da vero; ond' è ch' è sempre da capo, nè si perfeziona, e non perfeziona altri come richiede il suo stato.

MENSE MAJO

De Voto.

CASUS PRIMUS.

Julius, ut vincat habitum mentiendi, & ludendi, vovet se non mentiturum, neque venialiter, nec lusurum,

sed

sed identidem frangit votum. Hinc à suo Confessario.

Quær. 1. An teneatur observare votum non ludendi, & non mentiendi venialiter?

2. An vi voti mendacium veniale fiat mortale?
Navarrus cap. 12. *num.* 27. *in Manut.*

Casus secundus.

Laureolus ex voto obstringitur visitare singulis hebdomadis Ecclesiam B. V. extrà Civitatem, & recitare singulis diebus officium Defunctorum, sed persæpè negligit liberè solutionem voti.

Quær. 1. An tale votum sit levis materiæ?

2. An illa frequentia negligendi solutionem voti sit mortalis?
Bonac. tom. 2. *disp.* 2. *quæst.* 3. *Diana par.* 5. *tract.* 5. *resol.* 53.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto importi proseguire la Via Purgativa col meditare spesso la morte, effetto del peccato, e pena d'esso.
2. Del modo prattico di ciò fare, e nell'Oratione, e frà giorno, e del frutto, che può cavarsene per l'occasioni cattive.
3. Del danno, che viene all'Ecclesiastico, che poco, ò mai pensa alla morte, massime nelle tentazioni di senso.

MENSE JUNIO

De voto Castitatis.

CASUS PRIMUS.

MÆvia habet votum non nubendi: Posteà pro habenda hæreditate vult nubere; postulat ab Episcopo dispensationem; sed quia fuit votum juratum.

Quær. 1. An posset dispensari in illo voto ab Episcopo semoto Juramento?
2. An etiam addito Juramento?
Navar. Manual. & Sylvest. Ver. Votum quæst. 4.

Casus secundus.

NEvius vovit castitatem perpetuam, posteà vult resilire, & testatur se in vovendo promisisse animo non se obligandi.
Quær. 1. An teneatur Confessarius illi credere?
2. An obliget Nevium tale votum?
Navarr. Manual. cap. 12. num. 22.

De Cooperatore ad alterius peccatum.

1. Della necessità per l'Ecclesiastico nella Via Purgativa di meditare à lungo, e spesso il Giudicio Particolare, ed Universale, tanto la mattina, quanto frà giorno.
2. Del modo prattico di ciò fare, e quali propositi, e frutti si ponno cavare da tal esercitio.
3. Del danno grande, che riceve l'Anima d'un Ecclesiastico, che non pensa spesso al Giudicio Particolare, ed Universale, massime nelle tentationi, ed occasioni pericolose.

MENSE JULIO

De votorum Irritatione.

CASUS PRIMUS.

OLda extorquet licentiam à Voconio Marito vovendi continentiam, & jejunandi in perpetuum die Sabbati.
Quær. An possit Voconius irritare hæc vota?
2. An posset si Voconius ipse persuasisset Uxori talia vota emittere?
Layman. lib. 4. tract. 4. cap. 7. Palaus tom. 3. disp. 2. de voto.

Ca-

Casus Secundus.

PLancus vovit continentiam post contractum, & ratum Matrimonium, idque de licentia Sponsæ; post duos menses non separat se à Sponsa, quæ vult separationem totalem.

Quær. An illa posset permittere cohabitationem quoad Thorum, & reddere debitum?

Diana par. 5. *tract.* 4. *resol.* 296. *Layman. lib.* 5. *tract.* 10. *par.* 3. *cap.* 1.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Della necessità per l'Ecclesiastico di meditare la mattina, e frà giorno il novissimo dell' Inferno.
2. Del modo prattico di ciò fare, e de' proponimenti ed affetti, che può cavare l'Anima in tale esercitio.
3. Del danno, che proviene all'Ecclesiastico, che poco, ò nulla pensa all' Inferno, massime ne' pericoli dell' Anima, e per quali Ecclesiastici si può dire con Isai. 8. *Cum Inferno fecimus pactum.*

MENSE AUGUSTO

De Dispensatione votorum.

CASUS PRIMUS.

QUintius Nobilis adolescens vovit ingredi Religionem quamdam peculiarem rigidæ observantiæ, sed distractus in Aulicismo non implet votum. Post multos annos Religionem petit; Superiores nolunt illum admittere nisi ad servitia domestica, quia ineptum ad Sacerdotium facit imperitia litterarum.

Quær. 1. An debeat, & à quo possit dispensari, si nolit fieri Religiosus Laicus?

2. An sine dispensatione possit fieri sponsus?

Navar. Manual. cap. 12. num. 42.

Casus Secundus.

Rolandus Famulus conductus à Sejo Tutore in Civitate, in qua votum emisit Communitas non laborandi certis diebus cujusque mensis; Secretò Domi occupatur in artis suæ laboribus; imò singulis Sabbatis detinetur ab Hero in labore per horam post mediam noctem.

Quær. 1. An sit expediens, quod dispensetur Communitas illa à tali voto? Et an possit dispensare Episcopus?

2. An Rolandus, & Sejus peccaverint contra illud votum?

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Quanto importi, e sia necessario nella Via Purgativa per un Ecclesiastico il moderare, e ben custodire li cinque Sentimenti del Corpo, che sono le porte de' vizi, e del farvi ancora sopra Oratione replicata.
2. Del modo prattico di così fare, e moderare in primo luogo il senso del Vedere con la Modestia.
3. Del danno, e ruina grande, che porta all'Anima dell'Ecclesiastico la poca custodia degl'occhi, e dello scandalo, che prendono ancora li Secolari dall'immodestia degl' Ecclesiastici.

MENSE SEPTEMBRI

De Commutatione Votorum.

CASUS PRIMUS.

Salustius emisit votum jejunandi singulis diebus Sabbati in honorem B. M. V. dum erat dives; fit pauper, & cogitur, vel

vel emendicare, vel servire in Famulatu cuidam Hero, & interim non implet votum emissum jejunii.

Quær. 1. An teneatur implere votum?

2. An quilibet Confessarius possit illi votum commutare, & in quid commutandum, vel in æquale, vel in melius?

Diana par.2. tract.2. Miscell. resol.10.

Casus Secundus.

TAtius habet votum audiendi Missam tali die, & in tali Ecclesia, sed accidit, quod ad illam concurrit Nerva ejus Inimicus, & dubium est futuræ etiam mortis; quare abstinet ab illa auditione Missæ.

Quær. 1. An id possit sine peccato?

2. A quo, & in quid possit commutari tale votum?

Emanuel. Sa. Ver. Missa; Diana par.5. tract.7.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Della necessità per l'Ecclesiastico di custodire, e moderare il senso dell'Udito.
2. Del modo prattico di ciò fare in publico, ed in privato.
3. Del danno, che apporta agl'Ecclesiastici la poca custodia dell' Udito, e dello scandalo, che danno in udire Canta in banco, Musiche poco honeste, Comedie profane, &c.

MENSE OCTOBRI

De Reviviscentia Votorum.

CASUS PRIMUS.

VArina ante pubertatem votum facit servandæ continentiæ inscio Patre: Pater irritavit hoc votum, Illamque junxit Lauro: Varina iterum sine scientia Lauri revovet continentiam sub conditione, quod etiam si Maritus irritet votum, inten-

tendit post ejus mortem votum vim adhùc habere. Moritur Pater illius, & Laurus Maritus.

Quær. 1. Quid de primo voto an reviviscat mortuo Patre?

2. An reviviscat secundum, mortuo Lauro, ita ut non possit nubere alteri sine dispensatione?

Navar. cap. 12. Summ. num. 66.

Casus secundus.

Xistus tempore Jubelæi multa pro eo lucrando perficit, ac in primis Confessionem, in qua multis dispensatur in Votis; verùm denuò incidit in peccata letalia, nec ampliùs Jubelæum curat accipere.

Quær. An illa dispensatio Votorum virtute Jubelæi obtenta à Xisto valeat etiam si Jubelæum non acquirat, & sic an reviviscant eadem Vota?

Beia de Comm. & Dispens. Votorum.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Della necessità di custodire il sentimento dell'odorato per una Persona Ecclesiastica, per distinguirsi tanto più da' Secolari.
2. Del modo prattico di custodire, e moderare tal senso.
3. Del danno, che ne viene all'Ecclesiastico della poca custodia dell'odorato, e del segno di vanità, ed effeminatezza.

MENSE NOVEMBRI

De Iuramento Promissorio.

CASUS PRIMUS.

Kalinus in carcere catenis detentus, & forsan subiturus mortem, Promissionem facit dato Juramento non exeun-

exeundi è carceribus, & liberatur à pedicis, & catenis; Inde Socii frangunt carcerem, & effugiunt.

Quer. An Kalinus etiam cum possit effugere è Carcere tamen teneatur ex Juramento stare in carceribus?

Toletus lib.4. cap.22. Layman. lib.4. tract.3.

Casus secundus.

ARmillus consuevit promittere cum juramento, & iteratò, & animo verè promittendi sæpè, ac sæpiùs amicis nunc unam, nunc aliam rem levem, ex animi liberalitate; sed postea pœnitens non complet donum, & juramentum.

Quær. 1. An peccet sic jurando consuetudinaliter?

2. An teneatur ad standum juramento sub mortali?

Sylvester V. Juram. quæst. pr. Toletus lib.4. cap.17. num.40.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Della necessità di custodire, e moderare il senso del Gustare cō la temperanza &c. e di fuggire li Conviti, e Cene libere, &c.
2. Del modo prattico di così fare in publico, ed in privato.
3. Del danno, che porta all'Anima dell'Ecclesiastico il non moderare tal senso; e dello scandalo ne prende il Secolare dalla intemperanza dell'Ecclesiastico nel bere, e mangiare.

MENSE DECEMBRI

De Iuramento cum æquivocatione.

CASUS PRIMUS.

BErtanus Servus furatus est vas argenteum Hero suo, sed pœnitens fatetur peccatum, paratus ad restitutionem secretam ex mandato Confessarij. Interim interrogatur à Domino, & exigitur ab eo juramentum, quod non sit furatus argentum. Bertanus id jurat vero Juramento, sed intelligendo, quod ex confessione jam sit peccatum deletum.

Quær.

Quær. An tale Juramentum sit peccatum mortale, & sic an liceat?
Bonac. tom. 2. disp. 4. de Juram.

Casus Secundus.

CArinus ex habitu jurat nunc falsum, nunc verò non falsum, & sæpiùs cum æquivocatione, immò ità contemnit jurare, ut etiam sit dispositus jurare falsum si adverteret: sæpè tamen falsum jurat inadvertenter.
Quær. 1. An sit peccatum illa consuetudo jurandi?
2. An possit aliquod ejus juramentum ex inadvertentia falsum excusari à peccato mortali?
Navarr. Manual. cap. 12. num. 6. Layman. lib. 4. tract. 10.

Punti per la Conferenza Spirituale.

1. Della necessità indispensabile per le Persone Ecclesiastiche di moderare, e ben custodire il senso del Tattò.
2. Delli modi prattici di ciò fare in tutte le occasioni.
3. Del danno evidente, e ruine dell'Anima dell'Ecclesiastico, che non custodisce, e modera tal senso, come Porta delle consuetudini peccaminose, e cagione de' maggiori scandali nella Chiesa di Dio &c.



CASUS CONSCIENTIÆ

DE PRIMARIIS CHRISTIANÆ FIDEI RUDIMENTIS

Anno 1696.
MENSE JANUARIO

CASUS PRIMUS.

ARnolphus Parochus Novellus deprehendit ex Confessione per multos Rudes ex sua Paræcia nescire: A quo creati sint,

ſint, Ad quem finem; In quo conſiſtat Profeſſio Fidei,quodnam hujuſmodi Fidei ſit ſignum, & quæ inſinuentur myſteria, & virtutes in ſigno Chriſtiani Profeſſoris, quæ, & quot ſint Homini Chriſtiano ad ſalutem neceſſaria, ſed omittit poſtea illos edocere in Schola Doctrinæ Chriſtianæ timens frangere ſigillum Confeſſionis ſi eos illa edoceat.

Quær. 1. An illa omiſſio Parochi ſit ex timore rationabili?

2. An potuerit talitèr Ignorantes abſolvere?

3. Quoad Praxim dicatur. Quæ circa ignorata ab illis Rudibus expendit, declarat, & elucidat Doctrina Chriſtiana ad ſingula capita.

Trid.ſeſſ.7.c.1.& ſeſſ.22.c.2.de Reform.Layman l.2. Tract. 1.c.9 num.2.

Caſus ſecundus.

Belonus Curatus ex quodam torpore naturali, & certa quadam averſione,ac ſtudio pertinentium ad munus Paſtoris, multis jam annis omiſit edocere ſuos Subditos, quæ ad mentem Concilii Trid. erant declaranda Rudibus. Primum, quod omnia bona habemus in Chriſto. 2. Mandata eiuſdem Chriſti. 3. Excitativum ad opera pietatis, & charitatis,& ſolùm eos docet Myſterium Trinitatis, & Incarnationis.

Quær. 1. An peccet mortalitèr?

2. An illi Parochiani ex ſola illa cognitione dictorum Myſteriorum poſſint abſolvi, & ſalvari?

3. Quoad Praxim dicatur: Quæ ſint neceſſario exponenda, & edocenda à Paſtoribus Animarum.

Jo.17.8.Trid.ſeſſ.4.c.11.& 10. 1. ad Timot.1.5.

Punti per la Conferenza Spirituale.

Del modo in generale di eſtirpare li vizii,e mortificare le paſſioni.

1. Che coſa ſia il dominio d'alcun vizio nell'animo, e l'immortificatione delle paſſioni.
2. Qual ſia il miſero, e pericoloſo ſtato d'un' anima dominata dalle paſſioni,e da' vizii,e ciò che può temere di ſua ſalute.
3. De'modi, regole, e rimedii in generale, che ſi ponno adoprare per eſtirpar alcun vizio,e vincere una paſſione.

MENSE FEBRUARIO

CASUS PRIMUS.

CAlanus Parochus assuetus est dicere ad Populum inter Missam modo Concionatorio diebus Dominicis; verùm tempore pomeridiano delegat suum Capellanum, vt Doctrinam Christianam edoceat ipso interim inoccupato,& putante exercitium docendi Christianam Doctrinam quid leve, & puerile: Hinc si aliquando etiam ipse Pueros edoceat alta, & abstrusa dicit non intellecta, neque ad captum Auditorum.

Quær. 1. An sit tutus in conscientia?

2. An teneantur Parochi sub gravi concionari, & secundùm mentem Tridentini?

3. Quoad praxim dicatur: quibus de rebus, & quo ordine, & modo debeat, ac possit Parochus instituere conciones, & rudimenta Doctrinæ Christianæ.

2.Thessal.c.2.7.Trid.sess.4.1.Cor.9.19.Rom.1.14. Catechis.Præf. num.13.

Casus secundus.

DIdacus Animarum Curator tolerat, quòd Patres, & Matres non mittant suos filios ad eruditionem Doctrinæ Christianæ,& numquam eos reprehendit, non urget, nec utitur remediis Synodalibus decretis pro tali deffectu Parentum, neque æstimationem, & prætium Doctrinæ Christianæ unquam exposuit.

Quær. 1. An Didacus sit in peccato mortali?

2. An Parentes taliter negligentes peccent mortaliter?

3. Quoad praxim dicatur quàm æstimanda Doctrina Christiana, quid illa sit, quot ejus partes præcipuæ, & quæ remedia habentur in Synodis adhibenda contra Parentes taliter negligentes.

Catechis. Præf.num.4. Trid. sess.5.& sess.23. de Sacr. Ordin.

Punti

Della Superbia. Essendo la Superbia il primo de' vizii capitali, e radice d'ogni male, conviene da questa cominciare la purga dell'Anima, indi seguire ad estirpare, ed annientare gl'altri vizii, che si dicono suoi figliuoli, e sono la Vanagloria, il Giudizio temerario, l'Arroganza, cioè Giattanza, l'Ipocrisia, Ambizione, e simili.

1. Dicasi, che cosa è la Superbia, quali sono li suoi danni, e quanto gran peccato ella sia.
2. De' rimedii proprii per guarire l'Anima da tal malore.
3. Dell'indegnità, massime dell'Ecclesiastico, che si lasciasse dominare dalla Superbia, e de' castighi, che può aspettare.

MENSE MARTIO

CASUS PRIMUS.

Evandrus Capellanus dùm assistit Moribundis curat eos elicere actus fidei non explicitos Dei Creatoris, Reparatoris, Provisoris, Vindicatoris, & hujusmodi, sed tantùm genericè, ut credant, quod credit Ecclesia.

Quær. 1. An adstrictus sit aliquo peccato?

2. An Moribundi eliciendo illos actus genericè sint tuti?

3. Quoad praxim dicatur, quid sit fides, quæ illius necessitas, quis ejus Author, quod officium, & motivum formale, & objectum materiale.

Trid. de Justific. sess. 5. c. 6. 7. & 8. Catechis. cap. 1. part. 1. num. 1.

Casus Secundus.

Famianus Curatus instruit quidem feliciter, & sollicitè suos Parochianos in Mysteriis fidei, & præcipuè in Symbolo Apostolorum, sed tantùm exigit, ut verba sciant nihil curando de substantia, & sensu illorum Articulorum.

Quær. 1. An sit tutus à peccato, & ad quid teneatur?

2. An illi Parochiani sic instructi satisfaciunt Ecclesiæ, & an sint absque peccato?

3. Quoad praxim dicatur, quid sit Symbolum Apostolorum, quis Author, quæ necessitas, quot ejus partes, & quomodò correspondeant Sanctissimæ Trinitati.

Catechis. part. 1. cap. 1. Tambur. de fide.

Punti per la Conferenza Spirituale.

Della Vanagloria.

1. Che cosa sia Vanagloria, suoi dannosi effetti, e quanto gran peccato, in un Ecclesiastico.
2. De' rimedii proprii per mortificare, e vincere tal vizio.
3. Dell' infelicità dell' Ecclesiastico, che si fa vincere dalla Vanagloria, ed opera per suo motivo, e del castigo, che gli si deve.

MENSE APRILI

CASUS PRIMUS.

GAulus Rusticus interrogatus à Confessario de Mysteriis credendis profert se omnia scire. Rursus interrogatus: Quę sint ea mysteria, & credenda: Respondit: Credo in Deum, & hoc sufficit, quia continet omnia Mysteria, & dabo vitam pro hac fide: Sic fui edoctus. Confessarius verò putans eum indispositum pro absolutione obtinenda eum dimittit inabsolutum.

Quær. 1. An Gaulus fuerit benè edoctus, ac dispositus in statu salutis taliter credendo?

2. An Confessarius benè se gesserit, & quid tunc potuisset, ac debuisset facere?

3. Quo ad praxim dicatur: Quid significet: Credo, quid Credo in Deum: Credo Deo: Credo Deum; qua firmitate interiori, & exteriori credendum.

Ad Rom. 5. Catech. c. 2. par. 1. n. 2. 3. 4. Bellarm. in explic. particul. Symb.

Casus Secundus.

HOnoratus nobilis casu audit Vafrinum gregarium hominem actum rabie, & desperatione pro nummis in ludo

 ammissis,

ammiſſis, dicentem in publico: Se negare Deum, & ejus Providentiam eſſe partialem, & per ſimilia blaſphemare. Deinde miteſcit Vafrinus, & adit Confeſſarium, cui dicta ſua in confeſſione aperit, & nullo negotio abſolvitur.

Quær. 1. An Honoratus teneatur denunciare Epiſcopo, vel Inquiſitori Vafrinum ſic obloquentem contra Deum?

2. An Confeſſarius potuerit illum abſolvere, & ad quid tenebatur?

3. Quo ad praxim dicatur; quæ ſint vitia contra fidem, quid ſit Deus, quid credere unum Deum; quid, & qualis Dei providentia: cur Deus dicatur Pater?

Ad Epheſ.4.5.Symb.Nicæn. & S.Ath. Catech.p.1.c.2.n.8. & ſeqq.

Punti per la Conferenza Spirituale.

Del Giudizio temerario.

1. Che coſa ſia il Giudizio temerario, quanti, e quali ſiano li ſuoi mali effetti, e quanto gran peccato ei ſia.
2. De' rimedii per curare queſto male nell'Anima.
3. Della miſeria d'un Eccleſiaſtico, che ſi permette all'arbitrio del Giudizio temerario, e del caſtigo, che merita.

MENSE MAJO

CASUS PRIMUS.

JUntinus Rudis Homo audit à novello Parocho: Deum omnia videre, & uſque cogitationes, & deſideria occulta penetrare, & ideò dixit, ſe numquam confeſſum peccata cogitationum, nec deſideria turpia, & odij, , & ſimilia; quia de his numquam fuit edoctus. Audiens etiam Deum omnia poſſe; & creaſſe Angelos, & Homines per hæc admiratur; quia (dixit) tantùm ſe credere Deum creaſſe Cœlum, & Terram ut fuit inſtructus.

Quær. 1. An ille Rudis ità credendo eſſet in ſtatu peccati, & quid de illius confeſſionibus?

2. An peccaverit Parochus non inſtruendo Populum circa

pecca-

peccata cogitationum, & quod Deus omnia videat &c.

3. Quo ad Praxim dicatur: Quid sit Deum esse omnipotentem. Cur de sola omnipotentia fiat sermo in primo Articulo Symboli? Quid significet creasse Cœlum, & Terram.

Apoc.16.14. Luc.1.37. Catech. p.1.c.2.n.11. & seqq. S. Athanas. Symb. Viguerius de fide.

Casus Secundus.

LOrinus labens sæpiùs in peccata præcipuè sensualia solitus est se, aliosque excusare dicendo: Deus me creavit sic, & taliter inclinatum; & hac de causa parum dolet de peccatis pro confessione, nihil curæ, & remedii procurat pro sui emendatione; Imò putat se posse etiam excusari, quia per peccatum lædatur liberum arbitrium, quod penè extinctum vellet posse dici ad excusandas excusationes in peccatis.

Quær. 1. An Lorinus sit in his Hæreticus, & denunciandus?

2. An potuisset absolvi, & à quo?

3. Quo ad praxim dicatur: Quid credendum de creatione Hominis. Quid de dominio rationis appetitui sensitivo, & an ammissa justitia per peccatum Adę sit extinctum, vel diminutum liberum arbitrium; & an sic ex peccatis actualibus particularium.

Concil. Trid. sess.6. can.4.5. & 6. De consecr. dist.4. can.152. Beccan. in Controv.

Punti per la Conferenza Spirituale.

Della Arroganza, e Giattanza.

1. Che cosa sia l'Arroganza, suoi danni nell'Anima dell'Ecclesiastico, e qual peccato ella sia.
2. De' rimedii proprii per vincere un tal vizio.
3. Della bassezza, e viltà dell'Ecclesiastico Vantatore, ed Arrogante, e che pena può temere da Dio.

MEN-

MENSE JUNIO

CASUS PRIMUS.

MÆvius Sacerdos ferè canus deprehenditur ex quadam interrogatione illi facta, quod nescit credenda circa Jesum Christum Redemptorem.

Quær. 1. An sit cum illa ignorantia in statu peccati mortalis?

2. An sit capax celebrandi Missam hæc ignorans?

3. Quo ad praxim dicatur, quam necessaria ad salutem sit, & semper fuerit ab initio Mundi ista fides de Christo Redemptore; quis sit Redemptor, & quomodo Dei filius, quare etiam Dominus noster dicatur?

Genes. 12. 17. Trid. sess. 5. can. 2. & 3. & sess. 6. can. 1. & 2. Coloss. c. 1. 22. Catechis. p. 1. c. 7. n. 2. & seq. S. Thom. 2. 2. q. 2. art. 7.

Casus secundus.

NEarinus ex Plebe Homo perditus sæpè, vel ex rabie, vel malo genio ductus Nomine Jesu Christi in blasphemando abutitur. Intelligens postea Virtutes, & excellentiam Nominum Dei, & Jesu Christi, & quod omnia bona habeat in Jesu Christo monitorem despicit.

Quær. 1. An illa blasphemia, quæ includit Nomen Jesu sit gravius peccatum?

2. An Monitor ille teneretur denunciare Nearinum pro Hæretico?

3. Quo ad praxim dicatur quot, & qualia bona habeamus in Christo Jesu, quæ sint excellentiæ Augustissimi Nominis Jesu, quomodo Verbo Incarnato cõpetant Nomina Christi, & Jesu.

S. Thom. 2. 2. Tambur. in Decal. Cath l. cit. n. 5. & seq.

Punti per la Conferenza Spirituale.

Della Ipocrisia.

1. Che cosa ella sia propriamente, quanti danni arrecca all'Anima degl'Ecclesiastici, e quanto gran peccato dicasi da Dottori.

2. De'

2. De'rimedii proprii per estirpare dall'Anima tal vizio.
3. Dell'indegnità d'un Ecclesiastico, che si lasci portare ad operare con Ipocrisia, e finzione, e de'castighi, che può temere.

MENSE JULIO
CASUS PRIMUS.

ORanus quidam numquam visus est assistens Missę caput inclinare nedum genu ad illa verba Symboli: Et Incarnatus est &c. interrogatus quare? Respondet, quia vidit multos Sacerdotes dùm Missam celebrant ad illa verba vix vix se inclinantes. Secundò quia nescit ad quid sit inclinandum caput, & genu ad talia verba.

Quær. 1. An illa omissio inclinationis capitis, & genu sit pectum mortale tàm in Orano, quàm in illis Sacerdotibus?

2. An Oranus cum illa ignorantia sit capax absolutionis?

3. Quoad praxim dicatur; quod, & quale Mysterium Incarnationis, quomodo factum, quàm magnum sit hoc Hominibus beneficium, quomodo à Nobis æstimandum, & illi correspondendum.

Ad Heb. 2. 16. Symb. S. Athanas. Catech. part. 1. cap. 4.

Casus secundus.

PEriander Philomusus sæpiùs inter loquendum proponit se hæsitare in fide, & ait se vix credere, quod Deus sit crucifixus æstimans id Majestati Dei indecorum. Tandem adit suum Curatum, & proponit difficultates Hæreticorum, qui tenebant Deum non esse crucifixum, & petit eas sibi solvi. Sed quia non audit solutionem magis firmatur in sua dubietate.

Quær. 1. An Periander sit pro tali publica dilocutione denunciandus?

2. An teneretur sub peccato Curatus ille scire, quæ responderentur difficultatibus de Passione Christi Domini?

3. Quoad praxim dicatur; quomodo probetur, quod Christus Homo Deus passus sit, quod, & quale beneficium sit nobis Redemptio, & Passio Dominica, qui ejus fructus, & quæ pro illis gratitudo debeatur.

Catech. part. 1. cap. 5. Bellarm. in explic. Symb. cit.

Pun-

Punti per la Conferenza Spirituale.

Del disprezzo de' Superiori, e del Prossimo.

1. Che cosa veramente sia, ed in che consista questo disprezzo, suoi mali effetti, che cagiona, e suoi danni, e qual peccato sia.
2. De' rimedii proprii per non cadere in simil eccesso.
3. Dell' indegnità dell'Ecclesiastico dispreggiatore delle Leggi Divine, e de' suoi Superiori, e Prossimi, e de' castighi meritati ancora in questo Mondo.

MENSE AUGUSTO

CASUS PRIMUS.

QUadratus Rusticus aperit in confessione, quod dum repetit in recitatione Symboli: Christum descendisse ad Inferos, deinde resurrexisse dubitat semper de hoc articulo, cum audierit, quòd ex Inferno qui ingreditur non egreditur. Deinde se dubitare de Sanctitate Christi si ad Infernum descendit; excusatque se eo quod numquam id sibi declaratum à Curato.

Quær. 1. An Quadratus potuerit absolvi cum illa ignorantia?

2. An peccaverit Curatus omittens declarationem explicitam, & claram talis articuli?

3. Quoad praxim dicatur; quanta necessitas fidei de Resurrectione Christi, qui ejus fructus, quid sit Lymbus Patrum.

Catech. part. 1. c. 6. Bellarm. explic. Symb. cit.

Casus Secundus.

RAmirez Homo rudis fatetur Confessario se dubitasse continuò de existentia Christi in Hostia consecrata nesciens quomodo stet, quòd Christus ascenderit in Cœlum, & ibi sedeat, & simul stet in Hostia in Terris: Hocque numquam sibi fuisse explicatum.

Quær. 1. An Ramirez tenebatur sub peccato ipse quærere Doctorem de illo articulo, & dubio?

2. An teneretur Confessarius illum instruere, an remittere ad suum Curatum?

3. Quoad praxim dicatur quomodo explicetur Christi Ascensio, & ejus statio in Cœlo; quantum ex illa beneficium, & qui fructus, quid significet ascendere, & sedere ad dexteram Patris.
Catecb.part.1.c.7.Bellarmin.l.cit.

Punti per la Conferenza Spirituale.

Dell'Avarizia. Seguita l'Avarizia, secondo vizio capitale da bandirsi dall'Anima con li suoi figliuoli, che sono la Simonia, l'Usura, la Frode, ed Inganno; lo Spergiuro, l'Inquietudine dell'Anima, Distrazione dalle cose Divine, l'Immisericordia, ò sia durezza di cuore sù le miserie de' Poveri, e simili, &c.

1. Dicasi, che cosa sia il peccato dell'Avarizia, de' suoi mali effetti, che cagiona nell'Ecclesiastico, e quanto gran peccato egli sia.
2. De' rimedii proprii per estirpare tal vizio abominevole.
3. Del pericolo della salute, che può temere l'Ecclesiastico dominato da questo vizio, e de' castighi ancor temporali.

MENSE SEPTEMBRI

CASUS PRIMUS.

Severus audiens à Concionatore sermonem de Judicio particulari in morte, admiratur; eo quia numquam nisi de Judicio universali conciones audierit: Hinc dicit Parocho suo ad quid Judicium universale faciendum si fit particulare, vel è contrà?

Quær. 1. An teneantur Curati, & Concionatores de particulari Judicio edocere Populos, & ni faciant an peccent?

2. Quid dicendum de Severo ignorante Judicium particulare, & de Cùrato non proponente utrumque Judicium?

3. Quoad praxim dicatur: Locus, finis, modus Judicii particularis, & universalis, quis, & qualis Judex, & Judicii exitus, & executio.

Catecb.part.1.c.6.S.Aug.Serm.150.de Temp.Bellarm.lib.cit.

Casus secundus.

TAtius ex combinatione Symboli Apostolorum, & Symboli, quod recitatur in Missa videt in Articulo de Spiritu Sancto in secundo illa verba: *A Patre Filioque procedit*; ac propterea credit illa importare novum Articulum, & de hoc quærit solutionem à Parocho, à quo de illo numquam fuerat edoctus.

Quær. 1. An fides in Spiritum Sanctum, & modum ejus Processionis sit necessaria, ut finis?

2. An peccaverit Curatus, qui omiserat declarare talem Articulum?

3. Quo ad praxim dicatur: Quare tertia Persona Trinitatis dicatur Spiritus Sanctus antonomasticè. De Processione ejusdem à Patre, & Filio; de singulis ejus donis, & fructibus singillatim.

Catech. part. 1. c. 9. Concil. Florent. Bellarm.

Punti per la Conferenza Spirituale.

Della Simonia.

1. Qual sia il carattere proprio della Simonia, e sua definizione, quanti li danni, che reca all'Anima dell'Ecclesiastico, e quanto grave eccesso ella sia.
2. De' rimedii proprii per liberarsi da tanto male.
3. Dello stato pericoloso dell' Ecclesiastico, che si lasciasse predominare da questo vizio, e delle pene ancor Ecclesiastiche da temersi.

MENSE OCTOBRI

CASUS PRIMUS.

URanius Clericus in minoribus interrogatus in examine ad Ordines Sacros; quid est Sancta Ecclesia Catholica?

Ad rem non respondit, sicut neque ad interrogationem; quid est Communio Sanctorum?

Quær. 1. An ignorantia hujusmodi sit in Clerico peccaminosa?

2. Quæ teneantur Clerici scire quoad suum statum, & finem.

3. Quoad praxim dicatur: Quid sit Ecclesia? Quotuplex, quod ejus caput, quid Communio Sanctorum, an mali gaudeant hoc privilegio, an gratiæ gratis datæ sint communes cum peccatoribus.

Catech.part.1.c.10. Bellarm.explic.Symb.cit.

Casus Secundus.

Xantippus Plebejus, sed hilaris genii admittitur sæpiùs in familiaribus colloquiis, & Ludis, & comessationibus aliquorum Sacerdotum, quorum propterea notans verba aliosque defectus etiam gravissimos paulatim trahitur in dubium veritatis Mysteriorum fidei, & præcipuè (ut idiota) dicit se non credere Sacrificium illorum Sacerdotum esse bonum, quia illi mali, & tandem dubitat in articulo ; de Ecclesia Sancta, cum videat etiam suum Curatum non Sanctum inter illos Sacerdotes, De quibus numquam edoctus.

Quær. 1. Quid de dubia fide Xantippi? an denuncianda?

2. Quid de vita mala Ministrorum Ecclesiæ?

3. Quo ad praxim dicatur. Quare dicitur credo Sanctam Ecclesiam non verò, In Sanctam Ecclesiam sicut dicimus credo in Deum, quod discrimen inter peccatores in Ecclesia, & exclusos ab Ecclesia, quomodo Ecclesia sit Sancta adhùc etiamsi malos aliquando habeat Ministros; quorum Ministrorum quàm gravia sint peccata.

Catech.part.1.c.10. S. Aug.contr. Cresc.c.31. Bellarm.

Punti per la Conferenza Spirituale.

Dell' Immisericordia, ò sia durezza di cuore sopra le miserie de' Poveri ed afflitti.

1. Che cosa sia tal Immisericordia, e durezza di cuore, suoi danni, ed all'Animo dell'Ecclesiastico immisericorde, ed al Prossimo misero, e qual peccato sia.
2. De' rimedii proprii per purgar l'Anima da tanto male.
3. Dell'Abbominazione, e pericolo, in cui vive il dominato da questo malore, e de' castighi meritati ancora in questa vita.

MEN-

MENSE NOVEMBRI

CASUS PRIMUS.

ZOilus Vir ſceleſtus in primis recidivus ſub ſpe remiſſionis peccatorum, ex quo audivit à Concionatore extolli ſupra modum hoc beneficium, quod habetur promptum qualibet hora in Eccleſia; jam annos, & annos vivit in peccato ſub confidentia talis remiſſionis.

Quær. 1. An peccatum ſub illa confidentia remiſſionis ſit majus in circumſtantia?

2. An ſi confiteatur Zoilus recidiva ex illa confidentia ſit capax abſolutionis?

3. Quo ad praxim dicatur: Quantum ſit beneficium remiſſionis peccatorum in Eccleſia, quomodo illo utendum; an ante Chriſtum fuerit in ullo poteſtas remittendi peccata. In cujus virtute remittuntur.

Luc.12. S.Thom.3.par. q.64. art.3. Catech.l.cit.

Caſus Secundus.

REnatus Philoſophaſter poſt lectos quoſdam libros cujuſdam Auctoris non damnati, ſed novitatis plenos fit dubius de articulo reſurrectionis carnis; imò de ſuo dubio dogmatizat inter puſillos, tandem adit Curatum ut tollatur dubium.

Quær. 1. An peccaverit Renatus legendo tales libros licet non damnatos?

2. An peccaverit ſic dogmatizans ut Hæreticus?

3. Quo ad praxim dicatur: Quid Curatus deberet, ac poſſet reſpondere ad probandam Renato reſurrectionem Mortuorum, qui modus, quæ circumſtantiæ talis reſurrectionis, quæ dotes Corporum Beatorum, qui fructus ex fide hujus articuli.

1.Cor.c.15 Catech.par.1.c.12. Bellarm.

Tunti

Punti per la Conferenza Spirituale.

Della Lussuria.

Il terzo de' vizii capitali da vincersi, ed annientarsi dall'Ecclesiastico, mediante il Divino ajuto, è la Lussuria con li suoi figliuoli, che sono Cecità di mente, durezza di coscienza, inconstanza nel bene, amor di sè, odio di Dio, e de' buoni, affetto al presente secolo, ed orrore dell'altra vita, e dubbia fede, &c.

1. Dicasi quanti mali effetti, e danni produca tal mostro nell'Anima dell'Ecclesiastico, e quanto gran sacrilegio ella sia.

2. De' rimedii preservativi, e correttivi proprii per tal malore.

3. Dello stato pericolosissimo d'un Ecclesiastico lasciatosi in potere di questo vizio infernale, e bestiale, e de' suoi castighi orrendi.

MENSE DECEMBRI

CASUS PRIMUS.

AUlus annum agens 25. interrogatus à Confessario: an sciat articulum fidei, de Vita æterna, & ubi, & quid sit Paradisus? Respondit se nescire, neque talia sibi umquam declarata; Confessarius illum dimisit sine absolutione, donec redeat instructus.

Quær. 1. An potuerit excusari ignorantia talis articuli in Aulo?

2. An Curatus omittens declarare hunc articulum peccaverit?

3. Quo ad praxim dicatur: Quid, & ubi sit Paradisus, quid vita æterna, & beatitudo, & Gloria SS. quæ essentialis causa Gloriæ, quæ accidentalis.

Trid. in form. Profess. fidei Catech. par. 1. c. 13.

Casus Secundus.

LUblinus Libertinus audit cùm per multis aliis concionem de præmiis Paradisi, & pœnis Inferni, ac Purgatorii. Facta nocte concurrit cum amicis ad cenam, & choreas, ac inter loquen-

quendum magnificant amici concionem, & demonſtrant credere, & timere, ſed Lublinus nihil quidem lingua profert de ſuo ſenſu, ſed tantùm oculis, & geſtu indicat ſe nihil credere, nec timere.

Quær. 1. An ille ſit denunciandus ut Hæreticus?

2. Quis teneatur ex illis amicis eum denunciare?

3. Quo ad praxim dicatur: Quid, & ubi ſit Infernus, quid à Sacris Scripturis habemus de illo, cur punitur æterna pœna peccatum dilectionis ſenſus, & cogitationis momentaneæ, quid ſit Purgatorium, an plura Purgatoria, quomodo probetur, an ſit de fide.

Trid. in form. fid. & in Decreto de Purgat. Catech.

Punti per la Conferenza Spirituale.

Della troppa Famigliarità, e Converſazione.

1. De' mali effetti, e danni cagionati negl' Eccleſiaſtici, della converſazione impropria del loro ſtato, e famigliarità &c. e del peccato di ſcandalo, che ne viene.
2. De' mezzi, e regole particolari per preſervarſi, e liberarſi da ſimil male.
3. Del pericolo dell'eterna ſalute, che puoſſi incorrere da chi, benche Eccleſiaſtico, vive trà famigliarità vietate, e converſazioni improprie, e de' caſtighi ancor temporali, e pericoli nel Mondo.



F I N I S.